
NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
51 A
19
ROMA

CIRCVLVS AVREVS,

Seù Breue


COMPENDIVM

Cæremoniarum, & Rituum, quibus passim ad suas, & proximi vtilitates Presbyteris vti contingit.

Desumptum ex his, quæ ab Ecclesia Cath. Rom. taliter, & sparsim sancita sunt.

AD MAIOREM EORVM COMMODITATEM.

A P. Francisco Maria de Capellis à Bononia Ord. Min. Capuccinorum Concionatore.



MEDIOLANI, M.DC.LXVIII.

EX TYPOGRAPHIA ANTONII MALATESTÆ.
Sumptibus Hæredes Dominici Brenæ.

REIMPRIMATVR.

Fr. Ludouicus Augustinus Castellus Ord. Prædic. S. Theol. Magist. & Commißarius S. Officij Mediolani.

Carolus Ghioldus Theologus S. Nazarij pro Eminentiß. & Reuerendiß. D. D. Cardinali Archiep.

Franciscus Arbona pro Excellentiß. Senatu.

INDEX

RERVM,

Quæ in hoc libello continentur.




Bene-

 Bene-

Bom-


INDEX.

Rubri-



D.O.M.

D. O. M.
Cui soli honor, Imperium, Potestas, & Gloria in sempiterna saecula.



CVM vsui meo plura, quæ frequenter ex Ecclesiastica ordinatione occurrunt exercenda epilogassem, & cuidam amico supra modum placuissent (me inscio) imprimi curauit. Verum cum non sine aliquibus erroribus, opusculum luci apparuerit, & tamen quibus præ manibus habitum est adeò gratum, vt paucis mensibus transactis, nec vnum ad mille, benefactori remanserit; Illud denuò emendatum, & auctum (vt multorum voluntati deseruiam) Deo adspirante annuentibusque superioribus meis, typis depromere duxi. Exoptans autem, vt quod imbecillitati meæ attribuendum est, aliquo firmiori fundamento inniteretur eidem sphera infinita, cuius centrum vbique est, & circumferentia, nusquam omnium Factori, qui attingens à fine, vsque ad finem; sicut Verbo, cuncta creauit, atq; redemit, ita eodem, fulgẽtem Orbem Militantis Ecclesiæ: (perenni quodam circulo per Sacros Ritus verbo conuoluto) mirè gubernat: munusculum hunc, quinta impreßione, accuratius limatum, nec non magis locupletatum, alias commißum, ac dicatum, humillimè redono. Sic ille me adiuuet; vt ipsi iacessabiliter deseruiam.

Virtù de gl' Agnus Dei Benedetti.

LIberano, chi diuotamente, e con fede, d'essi si serue, cioè,

Da' Demonij.

Streghe, e Fatture.

Tentationi.

Saette.

Grandini.

Peste.

Venti Furiosi.

Mal caduco.

Inimici.

Ombre, e Fantasme.

Naufragij, e Tempeste.


Incendij.

Dolori di Parto.

Morte Subitanea.

Peccati Veniali.

Cauate da' Versi d'Vrbano Quinto, mandati con Trè Agnus Dei all'Imperatore de' Greci, e dall' Orationi, che li Pontefici dicono nelle Benedittioni degl'Agnus Dei.



ORDO

ORDO MINISTRANDI SACRAM. BAPTISMI Paruulis.



Acerdos, paratis omnibus, adnotatis in Rit. Rom. indutus superpelliceo, ac Stola Violacea deforis; intus autem, ex alia parte albi coloris, accedat ad limen Ecclesiæ, vbi foris expectant, qui infantem detulerunt, atq; interroget (nisi de his benè sibi constet) an sit suæ Parochiæ, masculus, an fæmina, an sit domi baptizatus, & à quo, & quam ritè, & qui sint Compatres, qui infantem teneant, pro eoque respondeant; quos piè, ac decenter aßistere ac, prout opus fuerit, pro baptizando ad interrogationes respondere admoneat.

Et quoniam ijs, qui baptizantur, tamquam Deo filijs in Christo regenerandis, & in eius militiam adscribendis, nomen imponitur, curet, nè obscæna, fabulosa, aut ridicula, vel inantum Deorum, vel ipsorum Ethnicorum hominum nomina imponantur, sed potius, quatenus fieri potest, Sanctorum; quorum exemplis, fideles ad pie viuendum excitentur, & patrocinijs proteganiur. His igitur expeditis,

& accepto nomine baptizandi, positi (si infans fuerit) super brachium dextrum illius, qui eum defert, Parochus ad Baptismum procedat, in hunc modum nominatim interrogans.

N. Quid petis ab Ecclesia Dei? *Patrinus respondeat* Fidem. *Sacerdos.* Fides quid tibi præstat? *Patr.* Vitam æternam. *Sac.* Si igitur vis ad vitam ingredi, serua mandata: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua; & proximum tuum sicut te ipsum. *Deinde ter exsufflet leniter in faciem infantis, & dicat semel.* Exi ab eo, *vel* ab ea; immunde spiritus, & da locum Spiritui sancto paraclito. *Postea pollice faciat signum Crucis in fronte, & pectore infantis, dicens:* Accipe signum Crucis tàm in fronte ✠ quàm in corde: ✠ sume fidem cælestium præceptorum; & talis esto moribus; vt Templum Dei iam esse possis.

Oremus.

PRECES nostras quæsumus Domine, clementer exaudi, & hunc electum tuum N. Crucis Domine, impressione signatum, perpetua virtute custodi; vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta seruans, per custodiam mandatorum tuorum, ad regenerationis gloriam, peruenire mereatur. Per Christum, &c.

Imponat manum super caput infantis, & dicat.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi: respicere dignare super hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es; omnem cæcitatem cordis ab eo expelle; disrumpe omnes laqueos sathanæ, quibus fuerat colligatus: aperi ei Domine ianuam pietatis tuæ; vt signo sapientiæ tuæ imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat, & ad suauem odorem præceptorum tuorum, lætus tibi in Ecclesia tua deseruiat, & proficiat de die in diem. Per eumdem, &c. *benedicat salem*, dicens.

Exorcizo te creatura salis, in nomine Dei Patris Omnipotentes ✠ & in Charitate Domini Nostri Iesu Christi ✠ & in virtute Spiritus Sancti ✠ exorcizo te per Deum viuum ✠ per Deum verum ✠ per Deum Sanctum ✠ per Deum ✠ qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem, per seruos suos, consecrari præcepit, vt in nomine Sanctæ Trinitatis, efficiaris salutare Sacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster; vt hanc creaturam salis sanctificando sanctifices ✠ & benedicendo benedicas, ✠ vt fiat omnibus accipientibus, perfecta medicina, permanens in visceribus eorum, in nomine eiusdem

Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Deinde immittat modicum salis bened. in os infantis, dicens. N. Accipe salem sapientiæ: propitiatio sit tibi in vitam æternam. ℟. Amen, *Sacer.* Pax tecum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus Patrum nostrorum, Deus vniuersæ conditor veritatis: te supplices exoramus, vt hunc famulum tuum N. respicere digneris propitius, & hoc primum pabulum salis gustantem, non diutius esurire permittas, quo minus cibo expleatur cælesti, quatenus sit semper spiritu feruens, spe gaudens, tuo semper nomini seruiens. Perduc eum Domine, quæsumus, ad nouæ, regenerationis lauacrum, vt eum fidelibus tuis, promissionum tuarum æterna præmia consequi mereatur. Per Christum, &c.

Exorcizo te, immunde spiritus, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti; ✠ vt exeas, & recedas ab hoc famulo Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte damnate, qui pedibus super mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

Ergo, maledicte diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo viuo, & vero, da honorem

norem Iesu Christo filio eius, & Spiritui Sancto, & recede ab hoc famulo Dei N. quia istum sibi Deus, & Dominus noster Iesus Christus, ad suam sanctam gratiam, & benedictionem, fontemque baptismatis vocare dignatus est.

Hic pollice in fronte signet infantem, dicens.

Et hoc signum sanctæ crucis ✠ quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole, nunquam audeas violare. Per eumdem, &c.

Mox imponat manum super caput infantis, & dicat.

Oremus.

ÆTernam, ac iustissimam pietatem tuam deprecor, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. auctor luminis, & veritatis super hunc famulum tuum N. vt digneris illum illuminare, lumine intelligentiæ tuæ: munda eum & sanctifica: da ei scientiam veram; vt dignus gratia Baptismi tui effectus, teneat firmam spem, consilium rectum, doctrinam sanctam. Per Christum, &c.

Postea imponat extremam partem stolæ super infantem, & introducat eum in ecclesiam, dicens: N. Ingredere in templum Dei, vt habeas partem cum Christo in vitam æternam. Amen.

Cum fuerint Ecclesiam ingreßi, Sacerdos procedens ad fontem cum susceptoribus coniunctim clara voce, dicat.

CRedo in Deum Patrem, &c. *vsque in finem*, *Pariter* Pater noster *vsque in finem*. *Ac deinde*, *antequam accedat ad Baptisterium dicat*:

Exorcizo te omnis spiritus immunde, in nomine Dei Patris omnipotentis ✠ & in nomine Iesu Christi filij eius Domini, & iudicis nostri ✠ & in virtute Spiritus Sancti ✠ vt discedas ab hoc plasmate Dei N. quod Dominus noster ad Templum Sanctum suum vocare dignatus est; vt fiat templum Dei viui, & Spiritus Sanctus habitet in eo. Per eumdem Christum Dominum nostrum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. ℟. Amen.

Postea Sacerdos, digito accipiat de saliua oris sui, & tangat aures, & nares infantis, tangendo verò aurem dexteram, & sinistram dicat.

Epheta, quod est adaperire: *deinde tangat nares, dicens*. In odorem suauitatis. Tu autem effugare diabole, appropinquabit enim iudicium Dei. *Postea interroget baptizandum nominatim dicens*: N. Abrenuncias satanæ? *Resp. Patr.* Abrenuncio. Et omnibus operibus eius? *Patr.* Abrenuncio. Et omnibus pompis eius? ℟. Abrenuncio. *Deinde Sacerdos intingat policem in oleo cathecumenorum, & infantem vngat in pectore, & inter scapulas, in modum Crucis, dicens.*

Ego te linio ✠ oleo salutis in Christo Iesu Domino nostro; vt habeas vitam æternam. ℟. Amen.

hic

hic vertat Stolam, & alba pars appareat.

Subinde pollicem, & inuncta loca abstergat bombacio, vel re simili, & interroget expresso nomine baptizandum, Patrino respondente.

N. Creditis in Deum Patrem omnipotentem creatorem cæli, & terræ? ℟. Credo. Credis in Iesum Christum filium eius vnicum, Dominum nostrum, natum, & passum? ℟. Credo. Credis in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam æternam? ℟. Credo.

Subinde, expresso nomine baptizandi, Sacerdos dicat: N Vis baptizari? ℟. *Patrinus* Volo. *Tunc Patrino, vel Matrina, vel vtroque (si ambo admittantur) infantem tenente, Sacerdos vasculo, seù vrceolo accipiat aquam Baptismalem, & de ea ter fundat super caput infantis in modum Crucis, & simul verba proferens, semel tantum, distinctè, & attentè dicat:* N Ego te baptizo in nomine Patris ✠ *fundat primò*, & Filij ✠ *fundat secundò* & Spiritus ✠ Sancti, *fundat tertiò. Mox Patrinus, vel Matrina, vel vtroque, simul infantem de sacro onte leuent, suscipientes illum de manu Sacerdotis. Si verò dubitetur, an infans fuerit baptizatus, vtatur hac forma.* N. Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spirius Santi ✠ *Deinde intingat pollicem in sacro Chrismate, & vngat infantem*

fantem in summitate capitis in modum Crucis, dicens.

DEus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui te regenerauit ex aqua, & Spiritu Sancto, quiq; dedit tibi remissionem omnium peccatorum (*hic inungat*) ipse te liniat Chrismate salutis ✠ in eodem Christo Iesu Domino nostro, in vitam æternam. ℟. Amen.

Sacerdos. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo.

Tum bombacio, aut re simili, abstergat pollicem suum, & locum inunctum, & imponat capiti eius linteolum candidum loco vestis albæ dicens.

Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas, ante tribunal Domini nostri Iesu Christi; vt habeas vitam æternam. ℟. Amen.

Postea det ei, vel Patrino candelam accensam, dicens: Accipe lampadem ardentem, & irreprensibilis custodi Baptismum tuum: serua Dei mandata, vt cum Dominus venerit ad nuptias, possis occurrere ei, vna cum omnibus Sanctis, in aula cælesti, habeasque vitam æternam, & viuas in sæcula sæculorum. ℟. Amen. *Postremo dicat:* N. Vade in pace, & Dominus sit tecum. ℟. Amen.

Si verò fuerint plures baptizandi, siue masculi, siue fæminæ, in catechismo, masculi, statuantur ad dexteram, fæminæ verò ad sinistram, & omnia pariter dicantur, vt supra in proprio genere, & numero plurali: verum prima nominis interrogatio, exsufflatio, Crucis impressio, seu signatio,

tio, tactus aurium, & narium cum saliua, abrenunciationis interrogatio, vnctio olei Cathecumenorum, interrogatio de fide, seu Symbolo, & ipse Baptismus, inunctio Chrismatis, candidæ vestis impositio, atque accensæ candelæ traditio, singulariter singulis, & primum masculis, deinde fæminis fieri debent.

Si infans, vel adultus ægrotus, adeò grauiter laboret, vt periculum immineat; ne pereat, antequam Baptismus perficiatur, Sacerdos omißis, quæ Baptismum præcedunt, eum baptizet, ter, vel etiam semel, infundens aquam super caput eius in modum Crucis, dicens. Ego te baptizo in nomine Patris ✠ &c. *Si non habeatur aqua baptismalis, & periculum impendeat; Sacerdos; vtatur aqua simplici. Deinde si habeat Chrisma, liniat eum in vertice dicens:* Deus omnipotens, Pater Domini nostri Iesu Christi, &c. *vt supra. Postea det ei linteolum candidum, dicens:* Accipe vestem &c. *Ac demum det ei ceream candelam accensam dicens.* Accipe lampadem, *vt supra. Si superuixerit, suppleantur alij ritus omißi. Admonendi sunt susceptores de spirituali cognatione, quam contraxerunt cnm baptizato baptizatia patre, & matre, quæ cognatia impedit matrimonium, ac dirimit.*

Curet Parochus parentes infantis admoneri, ne in lecto secum ipsi, vel nutrices paruulum habeant, propter oppressionis periculum: sed eum diligenter custodiant, & opportunè ad Christianam disciplinam instituant. Commonendi sunt etiam parentes se, & alij (si opus fuerit) ne filios Hebrais,

brais, alijs ve infidelibus, vel Hereticis mulieribus vllo modo lactandos, nutriendo, tradant.

Antequam infans ex Ecclesia asportetur, aut susceptores discendant, eorum nomina, & alia de administrato Baptismo, ad præscriptam formam in Baptismali libro, Parochus accuratè describat.

Visitatio Infirmorum.

INter omnia, quæ ad explendum Dei mandatum directiuum ad charitatem, & amorem proximi pertinent; præcipuum ducitur, opprœssos à varijs tribulationibus consolari, ex quibus vna (& sensibilior) est infirmitas corporis, hæc, dum angit viscera languentis in varijs animum eius de facili conturbat, & vt medicamine temporali curatur, multò magis indiget farmaco spirituali, quod personæ Deo sacratæ, efficaciter adaptare patienti solius est: idcircò, vt exactè muneri suo satisfaciat, omni studio conetur sanctitati incumbere, ne ipsi ab ægroto redicatur illud. Lucæ 4. *Medice cura te ipsum.* Hoc adnotatur, & maximè, quia cum Ioannis Chrysostomi extet sententia homil. 37. in Ioan. quod ex peccatis, non de rarò morbi generentur. Pietas Sacerdotis ad expellendam tàm contagiosam causam pro viribus defatigari debet.

Primò igitur norit conditiones infirmi, indaget

eius

eius vitam, & singulariter vbi animæ salus periclitari contingerit: Mox cubiculum eius ingressus, pari hilaritate, & compositione visus det ei nuntium pacis, aspergat illum aqua benedicta dicens: *Asperges me Domine; &c.* Illi compatiatur, & suaui colloquio ipsum alloquendo interroget, de qualitate morbi, & paucis præmissis, ei patefaciat suæ charitatis impulsus, nempè quod ad visendum eum cupiditas solandi, & inseruiendi suæ necessitati, si quid valet, traxerit (& licet immeritus) tamen Deo pro ipso fundere preces intendit, & vt animo eas prosequatur, horretur: tunc flexis genibus Diuinæ Clementiæ, Breui Oratione, eius sanitatem commendabit, vt infrà signabitur.

Peracta oratione, iuxta quod viderit pronitatem infirmi, discursus, & locutiones suas limabit. Si gratia Dei præditum agnoscit illi, congratuletur; amorem, & bonitatem Altissimi, erga nos in tribulationibus, præclarissimè elucentem exaltet, indignitatem nostram exageret, & debitum gratitudinis impendat. Non sit prolixus sermo; vt desiderabilis euadat, non tædiosus infirmo; Si horrescit infirmitatem, propter affectionem corporis, discurrat de vanitate sæculi de periculis, quæ insunt sanitati, quibus repentè anima, & corpus æternali gehennæ traduntur exurendi: si propter cessationem ordinarij quæstus, & damnum

num

num familiæ; præbeat ei exempla quotidianæ prouidentiæ Diuinæ, sine qua, vel sanus; haud quaquā lucrifacere posset. Si est impatiens, & subitæ naturæ, admittat eius rationes, in aliquibus condescendat, vt excitet eius sibi affectionem, & vt opportunitas orietur, insinuet ei gaudium, quo Deus afficitur, dum nos æquo animo, aduersa ferè intuetur: ostendat, quod libentissimè, vnigenitus eiusdem Dei filius, vt ei pareret; innumera pro nobis pertulit probra, & eum tam dirè pro nobis crucifixum, ingenti affectu, ei verbis demonstret: fructus enumeret, quæ ex nostra tollerantia tàm corpori, quàm animæ denascuntur, & ex opposito, mala innumerabilia, quæ nobis parit nostra recalcitratio. Si pusillanimus, adiuuet eum, certiorem reddendo, quod tutus properat ad Paradisum patriam nostram, dum per ignem tribulationis, vt argentum examinatur à Domino, ne viæ obliuiosus per prosperа euagando, ad inferna descendat. Si mortem timet, edisserat ei pretiosam esse in conspectu Domini mortem Sanctorum, cum statutum sit omnibus hominibus semel mori; morti absque peccatis obuiare, tantum studendum esse, & in Domino iactandum cogitatum nostrum, in cuius manibus sunt sortes nostræ, & ipse qui diligit nos, enutriet, & opem dabit nobis super lectum doloris nostri. Si metuit

Iudi-

Iudicium Dei, prædicet eius immensam misericordiam, quæ omnem nostram malitiam longè exuperat, in qua innixus, per merita dolorum, & mortis Christi ad portum salutis tutus perueniet. Si morbo ad mortem præmitur, & spe longioris vitæ delusus, renuit confiteri, notificet, accedendum esse ad Deum adiutorem, in opportunitatibus, in tribulatione. Discurrat de efficacia Sacramentorum, quæ aliquando, & corpori prosunt. Recordetur ei incertitudinem vitæ. Significet multos, tali spe, à diabolo illa queatos fuisse, nunc autem per hoc perpetuas luere pænas; Earum acerbitatem exponat, & æternitate testetur, suadeat, pænitentiam voluntariam, Deo gratam, coactam verò ingratam esse videtur enim, *ait Augustinus*, confessio latronum, pro qua damnantur ad supplitia, & sic quibuscunq; claudicationibus infirmi occurret Religiosus medicus, faciens se infirmum infirmis, vt infirmos lucrifaciat.

Pauca hic insunt; sed multa amplectuntur, quæ perito sufficiunt; studium enim charitatis, non paginæ, sed qui pro nobis se obtulit Patri Sacrificium in ara Crucis, nostrosque languores tulit, & dolores portauit plenè nos edocebit, si eidem charitati pro viribus, consulere voluerimus. Est sententia Spiritus Sancti, in Ecc. 7. *Non desis plorantibus consolatione, & cum lugentibus ambula. Non*

te pi-

te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis.

Benedictio infirmorum.

Sacerdos infirmi cubiculum ingressus primum dicat, Pax Domui huic, & omnibus habitantibus in ea: *Postea eum aspergat Aqua benedicta, dicens. Antiphonam* Asperges me Domine Hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem de albabor. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri, &c. *repetitur* Asperges, &c. Adiutorium nostrum,&c. Qui fecit, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

EXaudi nos, Domine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum, &c. *Poterit postea dicere Litanias B. Virg. vnum ex quatuor prioribus Psal pœnitentialibus, vel.* Qui habitat in adiutorio altissimi, &c. *quo expleto subiungat*.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster &c. Et ne nos &c. Salum fac seruum tuum. Deus meus sperantem in te. Mitte ei Domine auxilio de Sancto. Et de Sion tuere eum. Nihil proficiat inimicus in eo. Et filius iniquita-

tis

tis non apponat nocere ei. Esto ei Domine turris fortitudinis. A facie inimici. Dominus opem ferrat illi. Super lectum doloris tuis. Domine exaudi orationem, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

EXaudi quæsumus Domine, supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis; vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

INeffabilem nobis Domine, misericordiam tuam clementer ostende; vt simul nos, & à peccatis omnibus exuas, & a pænis, quas pro his meremur eripias.

DEus infirmitatis humanæ singulare præsidium auxilij tui super infirmum famulum tuum ostende virtutem, vt ope misericordiæ tuæ adiutus, Ecclesiæ tuæ Sanctæ incolumis repræsentari mereatur.

COncede hunc famulum tuum, quæsumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & Gloriosa B. M. semper Virginis intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Christum Dominum, &c.

Sequentia ✠ sancti Euangelij ✠ secundum Matthæum ✠.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo Tempore: Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitam suam.

Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, Surge & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Et surrexit, & abijt in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt: & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. ℞. Lauus tibi Christe.

Imponat dexteram super caput infirmi, & dicat.

Super ægros manus imponent, & benè habebunt. Iesus Mariæ Filius, Mundi salus, & Dominus, meritis, & intercessione Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, atque Aduocatorum tuorum, & omnium Sanctorum, sit tibi clemens, & propitius. Amen.

Pollice dextro signet eius frontem, & dicat.

Per signum Sanctæ Crucis, & per donum S. Spiritus, det tibi Deus sanitatem sempiternam. Amen.

Bened.

Bened. Infirmorum cum oleo lampadæ V. M. vel aliorum Sanctorum.

Si benedicendus erit infirmus cum oleo lampadæ M. V. vel alterius Sancti Sacerdos, excitata, primum, eius fide in Deum, & deuotione erga Sanctum, quem optat aduocatum, addat præmißis seq. prec.

Psalmus.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxilium de Sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet. Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui, quoniam saluum fecit Dominus Christum suum. Exaudiet illum de Cælo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius, hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus. Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Gloria Patri, &c. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster. ℞. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos. ℣. Sanctus Deus. Sanctus fortis. Sanctus, & immortalis. ℞. Miserere nobis. ℣. Emitte spiritum

tuum, & creabuntur. ℞. Et renouabis faciem terræ. ℣. Exaudi nos Deus salutaris noster. ℞. Spes omnium finium terræ, & in mari longe. ℣. Non nobis Domine: non nobis. ℞. Sed nomini tuo da gloriam. ℣. Fiat misericordia tua Domine super famulum tuum. ℞. Quemadmodum sperauimus in te. ℣. Domine exaudi, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

DOmine Sãcte Pater, omnipotens æterne Deus qui fragilitatem humanę conditionis, infusa virtutis tuæ dignatione, confirmas, vt salutaribus remedijs pietatis tuæ, corpora nostra, & mentes vegetentur: super hunc famulum tuum propitius intende; vt omni necessitate corporeæ infirmitatis exclusa, gratia in eo pristinæ sanitatis perfectè reparetur.

INteruieniat quæsumus Domine, pro famulo tuo isto nunc, & in hora mortis suæ, apud tuam clementiam Beatissima V. Maria Mater tua, cuius sacratissimam animam in hora tuæ Passionis doloris gladius pertransiuit. Per te Iesu Christe Saluator Mundi.

ADesto Domine supplicationibus nostris, quas in Beati N. deprecatione deferimus: vt qui nostræ iustitiæ fiduciam non habemus, eius qui tibi placuit, precibus adiuuemur.

Adsit

ADsit nobis, quæsumus Domine Iesu Christe Beatissimi Patris Francisci pia, humilis, & deuota supplicatio: in cuius carne prærogatiua mirabili, Passionis tuæ sacra Stigmata renouasti & præsta, vt eius intercessione, tuæ Passionis circa nos beneficia iugiter sentiamus. Qui viuis, &c.


Sequentia ✠ sancti Euangelij ✠ secundum Ioannem. ✠

℞. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Iesus veniret à Iudæa in Galileam, abijt ad eum: rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum. Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum Regulus Domine, descende, priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus. Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei: & nuntiauerunt dicentes, quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: filius tuus viuit. Et credidit ipse, & domus eius tota. Laus tibi &c.

His dictis, pollice dextro intincto in Oleo, vngat pulsus capitis, & manuum, aut partem offensam, quæ decet religiositate, dicens.

B 3 Per



PER intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ, & Beati N. secundum suam pijssimam misericordiam, liberet te Deus à præsenti infirmitate, & ab omnibus malis mentis, & corporis. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti ✠ Amen. ℣. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

EXaudi nos, Omnipotens æterne Deus, pro famulo tuo, quem modo in nomine tuo vnximus, & intercedente Gloriosa Filij tui Genitrice Virgine Maria, atque Beato N. omnibus Sanctis, præsta; vt huius vnctionis virtutem sentire valeat, atque ab omnibus malis animæ, & corporis liberetur.

VIrtutum Cælestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis, adesto propitius huic famulo tuo, vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate, benedicat. Per Christum, &c.

BEnedicat tibi Dominus, ✠ & custodiat te, ✠ ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, ✠ conuertat vultum suum ad te, & det tibi pacem, & sanitatem Ecce Crucem ✠ Domini, fugite partes aduersæ vicit leo de tribu Iuda radix Dauid Alleluia, Alleluia. Dominus noster Iesus Christus

tus Nazarenus Rex Iudæorum, apud te sit, vt te defendat: intra te sit, vt te reficiat: circa te, sit vt te conseruet: ante te sit, vt te deducat: post te sit, vt te custodiat: Super te sit, vt misereatur tui, & vt te bene ✠ dicat, qui cum Patre, & Spiritu Sancto in Trinitate perfecta viuit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Denuò aspergat infirmum aqua in modum ✠ dicens.

Benedictio ✠ Dei Omnipotentis Patris, & Filij & Spiritus Sancti descendat super te, & maneat semper. Amen.

Dum discedit, polliceatur ei opem, & preces, nec non sibi, semper præsto futurum.

Benedictio Infirmorum cum Reliquijs Sanctorum.

℣. Adiutorium, &c. ℟. Qui fecit Cælum, &c.
℣. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, Filij Dei viui Dulcissime, Humiliter te obsecro, vt per merita tuæ acerbissimæ Passionis, per intercessionem Beatiss. V. Matris tuæ, per aduocationē Sanctorum, & præcipuè eorum (quorum Reliquias hic veneramur) hunc famulum tuum N. eorum suffragia postulantem, ab omni ægritudine mentis, & corporis clementer eripere digneris. Ne despicias quæsumus Redemptor noster, me indignissimum Sacer-

dotem ministrum tuum, sed sicut tradidisti mihi potestatem, quotidie offerendi, Æterno Patri tuo, immaculatissimum corpus, & pretiosissimum sanguinem tuum, ad Altare, in remissionem peccatorum totius mundi;ità nunc reple impositionem manuum mearum, omni tua Bene ✠ dictione Cælesti. Qui viuis, &c.

IEsu Saluator mundi: exaudi nos. Sancta Maria Dei Genitrix V. ora pro nobis. Angeli, Archangeli, Throni, & Dominationes, Principatus, & Potestates, Virtutes, Cælorum, Cherubim, atque Seraphim, Patriarchæ, & Prophetæ. Sancti legis Doctores, Apostoli, omnes Christi Martyres; Sancti Confessores, Virgines Domini, Anachoritæ, Sanctisque omnes intercedite pro nobis. ℣. Dominus vobiscum, &c.

Sequentia ✠ Sancti Euangelij ✠ secundum Lucam. ✠

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tēpore surgens Iesus de Synagoga, introiuit in Domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea, & stans super illam imperauit febri, & dimisit illam, & continuò surgens ministrabat illis. ℟. Laus tibi Christe.

Kyrie eleison, &c. Pater &c. ℣. Miserere nostri Domine, ℟. Miserere nostri. ℣. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum Domine. ℟. Ci-

tò anticipent nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. ℣. Adiuua nos Deus salutaris noster. ℟. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos. ℣. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui. ℟. Visita nos in salutari tuo. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

AMantissime Domine Iesu Christe, consolatio afflictorum, fortitudo laborantium, qui de credentibus in te dixisti. Super ægros manus imponent, & benè habebunt: tua benignissima miseratione, libera hunc famulum tuum N. ab hac infirmitate, qua detinetur, & sicuti Socrum Petri, & Reguli Filium à magnis febribus liberasti; ita hunc famulum tuum N humiliter te deprecantem, exaudi, atque ab eo hanc, qua premitur, ægritudinem expelle: & sicuti paralyticum curasti, leprosus mundasti, Centurionis puerum sanasti, mulierem à fluxu sanguinis liberasti, iacentem languidum, ad piscinam erexisti, & valetudini tradidisti, circuensque Ciuitates, & Castella omnem languorem; & omnem infirmitatem curasti: ita nunc oculos tuos misericordes ad famulum hunc N. conuerte, perfectamque illi sanitatem mentis, & corporis concede, vt ab omni ægritudine purgatus, nomen tuum perpetuo laudare valeat. Qui viuis, &c.

Bene-

Benedictio Aquæ cum Reliquijs Sanctorum pro infirmis.

℣. Adiutorium, &c. ℣ Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

DEus, qui ad salutem humani generis, maxima quæquæ Sacramenta, in Aquarum substantia condidisti, adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic, quod Beati N. meritis consignamus, virtutem tuæ Benedictionis ✠ infunde, vt per intercessionem eiusdem, hæc vnda sit fidelibus tuis in remedium salutare, dæmones ab eis eijciens, morbos, ac infirmitates corporis, & animæ repellens, & præsta, vt quicunque eam sumpserint, vel ea asperti fuerint ab omni aduersitate animæ, & corporis liberentur, & vtriusq; hominis recipiant sanitatem. Per Christum Dominum, &c.

Oremus.

IMmensam clementiam tuam, Omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus; vt hos fideles tuos, ad Reliquias Beati N. deuotè accedentes, & eius suffragia postulantes, tua ineffabili virtute Benedi ✠ cere digneris, vt per interuentum eiusdem, ab omni ægritudine mentis, & corporis liberati; tua quæ hic, & vbique misericordia custoditi, & gratia saluati, post viæ; ac vitæ, huius cursum ad æterna mereantur gaudia peruenire. Per Christum, &c.

Ore-

Oremus.

TE Adonai. Deus magne, Alpha, & omega, qui aquæ piſcinæ, virtutem ſanandi omnem languorem, & omnem infirmitatem dare voluiſti ei, qui poſt motionem aquæ, ab Angelo factam, deſcendiſſet in ea: humiliter deprecor, vt huic aquæ, pro tua pietate, virtutem ſanandi omnem languorem tribuere digneris, ſimul, ac conferendi omnibus ea vtentibus, ſanitatem mentis, protectionem corporis, tutelam ſalutis, integritatem charitatis, conſolationem ſpei, roborationem fidei, virtutem conſtantiæ, & viſitationem Sancti Spiritus. In nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, necnon Sacratiſſimæ V. M. omnium Angelorum, Sanctorum, atq; Sanctarum tuarum. Amen.

O Pijſſima V. M. Humani generis Aduocata: Eccè appono hanc aquam in conſpectu tuo, teque humiliter deprecor; vt intercedere digneris apud Vnigenitum Filium tuum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quod huic aquæ concedat virtutem ſanandi omnes infirmitates, & omne malũ, quod poteſt miſeris euenire Infirmis. Suſcipe Clementiſſima, vota noſtra, & ſicut es ſalus infirmorum, ita nunc impetrare dignare; vt hæc vnda, ſit remedium ſalutare, quibuslibet ægrotantibus; vt ſanitate recepta, vtriuſque hominis

minis

minis perenniter deſeruiant Filio tuo Domino noſtro, & eius Patri, Qui cum eo viuit, & Regnat Deus, &c.

SVbuenite Sancti Dei, Occurrite Angeli Domini; vt veſtris deprecationibus Benedi ✠ ctio, & gratia Omnipotentis Dei, deſcendat in hac aqua. Bene ✠ dico te aqua, cum Bendictione tibi data, quando Chriſtus in Iordane fuit à Ioanne Baptizatus. Bene ✠ dico te aqua, cum priuilegio, quo decorata fuiſti, quando à Chriſto in vinum conuerſa fuiſti, Bene ✠ dico te aqua cum virtute, quæ tibi data fuit in natatoria Siloe. Bene ✠ dico te aqua, per ſacra myſteria in te repræſentata, quando cum Sacratiſſimo Sanguine, de latere Chriſti in Cruce fluxiſti. Bene ✠ dico te aqua, per pretium Paſſionis Chriſti, per puritatem eius V. Matris, per humilitatem Patriarcharum, per deuotionem Prophetarum, per tolerantiam Apoſtolorum, per conſtantiam Martyrum, per fiduciam Confeſſorum, per perſeuerantiam Virginum, per continentiam Viduarum, & per merita omnium Electorum Dei, & auctoritate Sacerdotali, in te infundo, omnem ſpiritualem virtutem, qua omni contagio reſiſtere, & quemcunque ab eo oppreſum ſanare poſſis. In nomine Patris ✠, & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Infundat reliquias in aquam, & aſpergatur, &c. & detur infirmo.

Bened. Panis pro infirmis.

℣. Adiutorium, &c. ℣. Dominus vobiſcum, &c.

Oremus.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, benedicere ✠ digneris hunc panem, tua ſancta ſpirituali benedictione; vt ſit omnibus ſumentibus ſalus mentis, & corporis, atque contra omnes morbos, & vniuerſas inimicorum iſidias tutamen. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, panem viuum, qui de cælo deſcendit, & dat vitam, & ſalutem mundo: & tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Proteſta da farſi fare all' Infermo, quando è mortale.

Eſſendoſi prima confeſſato, e ſodisfatti tutti li debiti della conſcienza ſua, facciaſi il ſegno della Croce, mirando vn' Imagine del Crocifiſſo, e dica.

Dolciſsimo Signor Gieſù Chriſto, con ogni humiltà v'adoro col Padre, e collo Spirito Santo vn ſolo Dio. Vi ringratio di tutti li beneficij, che m'hauete fatti, e vi chieggo con la maggior ſommiſsione, che poſſo, perdono di tutti li miei peccati commeſsi ne' penſieri, nell'opere, e nelle parole tutto il tempo della mia vita, conoſciuti, non conoſciuti, e non confeſsati, li deteſto con tutto il cuore, e mi dolgo di non dolermi d'hauerui offeſo quanto ricercarebbe la voſtra Diuiniſ-

ſima

ſima Giuſtitia, per puro voſtro amore: ſi come vorrei più toſto trouarmi nell'Inferno, che mai hauere traſgredita la voſtra Santiſſima Legge, così per l'auenire, mi proteſto più preſto d'eleggermi quello, che commettere di volontà vn minimo peccato, e vi ſupplico per le viſcere viue della miſericordia voſtra, à donarmi quella contritione, che pretendete, e ſia per accreſcimento d'honore, e di gloria à Voſtra D. Maeſtà. Queſta infirmità, che m'opprime il corpo, ſi come l'accetto per vna gratia ſingolare, & per vn' effetto viuo dell'amore, che mi portate, così deſidero, ch'in eſſa s'vniſchino tutte le pene delli dannati, per riſarcire in qualche parte il debito con voi contratto dalla malitia mia. Nelle voſtre piagate Mani conſegno la mia vita, e la mia morte, in me tanto s'adempia il voler voſtro. Et hora, che per voſtra bontà ſono ſano di mente, m'intendo di fare l'vltimo, & immutabile mio teſtamento, e prego la voſtra infinita clemenza, à volerſene rogare alla preſenza della Beatiſſima Vergine voſtra Santiſſima Madre, di tutti gli Angioli, di tutti li Santi, e Corteggiani del Cielo, ſcriuendolo col ſtilo de voſtri Chiodi, coll'inchioſtro del voſtro Sacro Sangue, ſul folio viuo dell'Immortale voſtra Humanità, e riſerratolo nell' Archiuio immenſo della voſtra Diuinità, preſentarlo al voſtro Eterno Padre, quando ch'al Tribunale della Giuſtitia ſua, dourò render'il conto delle mie attioni.

Nel voſtro Santiſſ. Nome deteſto qual ſi voglia peccato, e rinoncio al Mondo, alla carne, & al Demonio. Mi proteſto di volere viuere, e morire in quella Fede, che con il voſtro

aiuto

aiuto hò ſin' hora tenuta, e professa la S. C. R. C. Laſcio tutti quanti li peccati, che hò commeßi alla voſtra Diuinißima miſericordia la quale è infinitamente maggiore d'eßi, e con eßi gli aſſegno tutti li meriti della voſtra penoſißima paßione, e morte, per la quale ſolo confido, e ſpero di ſaluarmi. Aſſegno Voſtra Diuina Maeſtà per Tutore, Curatore, e Proueditore di tutta la mia ſameglia, e di quella vi cedo l'aſſolutißimo Dominio. Dichiaro il mio Angelo Cuſtode, Herede vniuerſale di tutti quanti li miei penſieri, attioni, e parole, il quale, ſi come hà ſempre vigilato fedelißimamente ſin'à queſto punto alla mia ſalute; così ſi compiacia perſeuerare inſino al fine, e ſubito che l'anima mia ſarà vſcita dal corpo, inuolgerla nel Manto della pietà della Beata Vergine, e ſepelirla dentro il voſtro cuore. Di più dono alla medeſima Vergine tutto il bene, che per la gratia voſtra hò in vita oprato, con tutte l'imperfettioni, ch'in eſſo ſi trouano dal canto mio, acciò le perfettioni, e l'aualori con quanto eſſa hà mai oprato in godimento, & in compiacimento voſtro.

Queſta è la mia vltima, e ſpreſſa, & inuariabile volontà, quale voglio, che vaglia quanto può mai valere, e la voſtra bontà deſidera che vaglia, e ſe à caſo, ò per illuſione diabolica, ò per mancanza de ſenſi, ò per diſordinanza di paßione, ò per grauezza di male con qualche atto oppoſto ad eßa, venißi à ritratarla, m'intendo che ſia nullo, irrito, e caſſo, & adeſſo per all hora ne ricerco la voſtra miſericordia; confeſſandoui, & adorandoui per il mio ſolo vero, e viuo Dei

Crea-

Creatore, Conseruatore, e Redentore di tutto il Mondo, in confermatione di che, bacio con tutto l'affetto del mio cuore la cicatrice insanguinata del vostro Santissimo Costato.

Voi V. S. Angelo mio Custode, Santi miei Auuocati, e tutti voi Beati habitatori del Paradiso, siate contenti di sottoscriuerui à questo mio testamento, & impetrarmi dal Monarca sourano le necessarie, e basteuoli forze per custodirlo in questo senso, persino che rifiato, e la gratia di prouarne gli effetti, quando che sarò morto. L'essecutrice di questo, sarà la Santissima Trinità Padre, Figliuolo, e Spirito Santo. ✠ Amen.

Oratione da dirsi dall'Infermo, ò non potendo esso, dal Sacerdote à suo nome.

O *Signore Giesù Christo, Saluator mio clementissimo, per quella grandissima amaritudine, che per me miserabilissimo peccatore sosteneste in Croce, massime in quell' hora, che l'Anima vostra sacratissima vscì dal vostro benedetto Corpo, vi prego, e supplico con tutte le viscere del mio cuore, che vogliate hauere misericordia all'anima mia nella partenza, che sarà da questa vita, e per li meriti del vostro pretiosissimo Sangue, condurla con esso voi nell'eterna Beatitudine. Amen.*

Alla Beata Vergine.

O *Misericordiosissima Vergine Maria, Madre degnissima di Dio, e rifugio de' peccatori, io peccatore indignissimo ricorro à voi confidentemente, pregandoui per quella grand' allegrezza, che sentiste nel vostro cuore, quando ve-*

vedeste l'vnigenito vostro Figliuolo Risuscitato glorioso da morte à vita, che vogliate benignamente consolare l'anima mia: & in particolare vi supplico per le viscere della vostra pietà, che nell'vltimo posso di questa mia vita, quando haurò da comparire auanti al tribunale del vostro Figlio Giesù, per rendere conto di tutta la mia vita, vi degniate misericordiosissimamente aiutarmi, e protegermi, à fine, che per mezo vostro, ò pijssima Madre, possa scampare la sentenza dell'eterna morte, & essere fatto degno di godere insieme con voi l'eterna vita. Amen.

Si potrà recitare (secondo l'esigenza) qualche Salmo, ò delle hore canoniche, e delli Graduali, ò pure delli Penitentiali, come più piacerà al Ministro.

Sententiæ diuersorum Patrum, quibus pro opportunitate, poterit vti, adstans infirmo.

S. Chrisost. Si non potes Sol fieri: fias Stella dumtaxat ascende super terram, & incipe æmulari syderibus.

S. Laur. Inst. Quis pugnare refugiat? quis pati recusabit, cum Angelorum regem hominem factum, in Crucis agnouerit pendere supplicio.

S. Grisol. Timor si non fuerit amore temperatus, quamuis deuotam, seruitutem efficit contumacem.

S. Thom. Nota quomodo Deus fuit armatus in Cruce: habuit enim in capite galeam non de auro,

ſed de ſpinis, loricam non de ære, ſed carnem immaculatam: in manibus, non lanceam, vel gladium, ſed magnos clauos, qui, & in pedibus affixi, vt calcaria lucent; pro equo verò habuit ipſam Crucem.

S. Vincent. Fer. Cur tantopere vitam iſtam deſideramus, in qua quantò plus viuimus, tantò plus peccamus; quantò vita eſt longior, tantò culpa eſt numeroſior, aſſiduè vagatur homo per proſpera, & aduerſa, & ignorat quando, & quomodo moriatur? ſicut enim ſtella in Cælo corruſcans, currit velociter, & repentè deficit, vel ſicut ſcintilla ignis ſubitò extinguitur, & in cinerem reducitur, ſic citò finitam datur cernere vitam.

S. Greg. Si conſideremus, quæ, & quanta ſunt, quæ nobis promittuntur in Cælis, vileſcunt animo omnia, quæ habentur in terris.

S. Aug. Aſpice vulnera in Cruce pendentis Sanguinem morientis, pretium redimentis, cicatrices reſurgentis, & videbis, quod caput habet inclinatum ad oſculandum, cor apertum ad diligendum, brachia extenſa ad amplexandum, totum corpus exangue ad redimendum? taliter conſidera; vt tibi figatur in corde, qui pro te fixus eſt in Cruce.

S. Bernard. Experire ò anima. Caput Angelicis tremebundum ſpiritibus, denſitate ſpinarum pungitur:

gitur: facies ſpecioſior præ filijs hominum, ſputis Iudæorum deturpatur: Oculi lucidiores Sole, caligantur in morte: Aures, quæ audiunt Angelicos cantus, auſcultant peccatorum inſultus: Os, quod docet Angelos felle, & aceto potatur; Pedes quorum ſcabellum eſt terra, Cruci clauo affinguntur: Manus, quæ formauerunt Cælos, in ſtipite extenſa, clauis transfixæ ſunt: Corpus cæditur, & lancea latus perforatur. Quid plura? non remanſit in Chriſto niſi lingua, vt pro peccatoribus exoraret.

S. Pet. Griſol. *Super illud prodigi filij, Surgam, & ibo ad Patrem meum.* Qua ſpe, qua confidentia? illa quæ Patris eſt. Ego perdidi quæ erant filij, non amiſit ille; quæ Patris ſunt. Apud Patrem non intercedit extraneus; intus eſt in pectore Patris ipſe, qui interuenit, & exorat affectus.

S. Aug. Cum me pulſat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Chriſti: cum me premit caro, recordatione vulnerum Chriſti reſurgo. Cum diabolus mihi parat inſidias, fugio ad vulnera Domini mei, & recedit à me nullum tam, potens & tam efficax medicamentum, ad omnes tentationes deuicendas, quam mors Redemptoris.

S. Ciprian. Bonorum noſtrum non indiget Deus; nos tantum bonitate, & charitate, non neceſſitate deſiderat.

S. Isidorus. Si dulciora quærimus, necesse est, vt prius amara toleremus.

S. Aug. Si non vis flagellum, non dabitur tibi hæreditas.

S. Bonau. Maioris meriti est aduersa patienter tolerare, quam bonis operibus insudare.

S. Bernard. Qui in hac vita flagellari non meretur, in Inferno æternaliter torquebitur.

Idem, leuius sustinebimus infirmitates corporis, si ad memoriam reduxerimus mala, quæ fecimus.

S. Amb. Si vis iustificari, fatere delictum tuum: soluit enim criminis nexus verecunda confessio.

S. Bonau. Nemo de Dei pietate diffidat, quoniam maior est eius misericordia, quam nostra miseria; & quisquis ad eum toto corde clamauerit, exaudietur ab eo, quia misericors est.

S. Aug. Peccata mea, Christum meum vincere non possunt: claui lanceaq; clamant mihi, quod verè reconciliatus sum illi, si eum amauero.

S. Hiero. Magis Iudas offendit Dominum, quia se suspendit, quam quod ipsum prodidit.

S. Aug. Pænitentia vera, non annorum numero censetur; sed amaritudine animi: Non enim longitudinem tantum requirit Deus, quantum affectum sinceritatis pænitentis pensat.

Idem. Regnum Cælorum, ò homo, aliud non non requirit pretium, nisi te ipsum; tantum enim

valet,

valet, quantum es; te da, & habebis illud.

S Isidorus, Confessio sanat: confessio iustificat: confessio peccati veniam donat; omnis spes in confessione consistit.

S. Aug. Tanta est dulcedo futuræ gloriæ: vt si guta vna infernum deflueret, totam eius amaritudinem dulcem faceret.

Abb. Cel. Sathan tolerabilius sustinet flammam suam, quam lachrymam nostram, acriusque contriti cordis lachryma, quam flamma Infernalis incendij torquetur.

S. Greg. Nemo ad Deum aliquando flens accessit, qui non impetrauerit, quod postulauerit: nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non acceperit.

S. Pet. Dam. Pia mens, quantò sibi terrena solatia deesse considerat, tantò magis appropinquare Spiritus paracliti potentia confidat.

S Bern. Valdè bona infirmitas, quæ docet hominem sanctitatem vitæ, cætera præcellit, quæ homini ad salutem aduersa contingunt.

Teophilatus. O rem admiratione dignam: si liberent patior, Deus donat mihi; & super hoc debet mihi.

Vg. Card. Ex igne Diuini amoris sagittæ tribulationum veniunt.

S. Aug multa concedit Deus iratus, qua non

concederet propitius; vt nostræ importunitati assentiat.

S. Pet. Dam. Inter pænitentiam, Regnumque Cælorum nihil medium.

Chrisost. Magna Violentia data est homini: in terra nasci, Cælum rapere, & habere per virtutem, quod non potest per naturam.

S. Aug. Quanto maiorem moram faciemus in peccato, tantò difficilior erit confessio, & confessio, quæ fit morte vrgente, & si non dannatur, vt mala, non est tamen Deo speciosa, sicut ea, quæ fit ex voluntate, & non necessitate; est enim confessio latronum, qui non confitentur mala sua, nisi prius tormentis tentata; qua confessione damnantur ad supplicia.

Rup. Abb. Christus sitiens mortuus est in Cruce; vt ostendat nihil esse in mundo, quod sitim expleat.

S. Bonau. Christus sibi voluit pro te manus, & pedes clauis perforari; vt cum ad ipsum perueneris, sic tuæ manus in suas intrent, & pedes in suos, vt sibi inseparabiliter coniugaris.

S. Bern. In Christi dilectione, modus amoris vulnus esse debet: sine modo te dilexit, sine modo eum diligere debes; modum dilectionis expressit, pro te moriendo; tu quantum eum diligere debes, non potes; dilige ergo ex toto corde eum: à te vltra non quærit. Idem

Idem. Beata Virgo apud Filium, ſicut Filius apud Patrem, procurat negotia, & petitiones noſtras, & ſæpè quod iuſtitia Filij poteſt damnare, Matris Miſericordia liberat.

S. Bernardin. Sen. Maria Virgo hauſit à Deo Patre fontalem fæcunditatem, ad generandum omnes electos.

S. Bonau. Abyſſus abyſſum inuocat; dum Mater Filium implorat.

S. Bern. Vas liquore plenum, ſi quomodo moueatur, de facili effundit liquorem, ſic B. V. M. ſi precibus moueatur, effundit gratiam, & miſericordiam, eſt enim gratia plena.

S. Fulgentius. Dudum Cælum, & terra corruiſſent, ſi Maria precibus non ſuſtentaſſet.

S. Bernard. Nemo deſperet, quamuis multorum ſit ſcelerum ſibi conſcius, Iudex adeſt, quem timeas; ſed vbi Iudex, ibi Mater iudicis reorum vnica ſpes.

S. Anſel. Velocior eſt nonnunquam ſalus; memorato nomine Mariæ, quam inuocato nomine Ieſu, quia ipſe vt Iudex aliquando non exaudit; Inuocato autem nomine Matris, & ſi merita inuocantis non merentur, merita tamen Matris intercedunt.

Idem ſicut omnis à Virgine auerſus impoſſibile eſt ſaluari ſic omnis ad eam conuerſus impoſſibile eſt damnari.

S. Bonauentura. Nihil gratiæ ad nos peruenit, quod non transeat per manus Mariæ.

Detti morali, cauati da Seneca, che seruiranno conforme al bisogni dell' Infermo.

IN hoc fallimur, quod mortem non prospicimus; Magna pars eius iam præterijt, & quidquid ætatis retro nos est, mors tenet.

Omnia aliena; tempus tantum nostrum est.

Quidam viuere incipiunt, cum desinendum est.

Bene mori, est libenter mori.

Hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte diuidimus.

Vir fortis, & sapiens; non fugere debet è vita, sed exire.

Da operam, ne quid vnquam inuitus facias; quidquid necesse facturum est, repugnanti, non volenti necessitas est.

Mon qui iussus aliquid facit, miser est, sed qui inuitus facit.

Finem nostri, sine tristitia cogitamus: tam ad mortem, quam ad vitam præparandi sumus.

Nec anni, nec dies faciunt, sed animus.

Mihi amicorum Defunctorum cogitatio dulcis, & blanda est: habui enim illos tanquam amissurus, amissi tanquam habeam; natura non abstulit, sed dedit.

Ad

Ad maiora genitus ſum, quam vt mancipium ſim corporis mei: quod equidem non aliter aſpicio, quam vinculum liberati meæ circumdatum.

Tragicum, & miſerum eſt neſcire mori.

Imperatus, etiam læuiſſima expaueſcit.

Hic mortis eſt fructus: optare deſinere, hæc eſt ſapientia, hoc eſt ſapere.

Stat quidem terminus nobis; vbi illum inexorabilis fatorum neceſſitas fixit: ſed nemo ſcit noſtrum, quam propè verſetur. Sic itaque timemus animum, tanquam, ad extremum ventum ſit.

Dies ille, quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis eſt; Quidni non timet, qui mori ſperat.

Exerce te, vt mortem, & excipias, & ſi ita res ſuadebit accerſas: Nihil intereſt, an illa ad nos veniat, an ad illam nos tranſeamus.

Non viuere bonum eſt, ſed benè viuere, itaque ſapiens viuit, quantum debet, non quantum poteſt.

Vis aduerſus hoc corpus liber eſſe? tanquam migraturus habita: propone tibi quandoque hoc contubernio carendum, fortior eris ad neceſſitatem exeundi: Nullius rei meditatio tam neceſſaria eſt.

Hæc paria ſunt; non eris, nec fuiſti; vtrumque tempus alienum eſt.

Hoc tene, hoc morde: aduerſis non ſuccumbere,

lætis

lætis non credere, omnem fortunæ licentiam in oculis habere, tanquam quidquid potest facere factura sit.

Quid interest, quam citò exeas, dum vtiq; exeundum est.

Non affligitur sapiens liberorum ammissione, non amicorum: eodem animo illorum fert mortem, quo suam expectat: non magis hanc timet, quam illam dolet.

Mortale est omnium mortalium bonum: Nihil firmum infirmo.

Nihil fragili æternum; Hoc solatium est, æquo animo perdere, quod periturum est.

Tristitiam, si potes, non admiseris, sin minus non ostendes.

Stultum est timere, quod vitare non possis, istud non fugitur, sed defertur, nec primus, nec vltimus ero: omes me antecesserunt, omnesq; sequentur. Nihil graue est, quod semel est; Cum eo ceditore contraxi, cui detorqueri non possum.

Iuuenis morieris: Optimum est antequam mori optes: non citamur excessu, nec exigitur numerus annorum. Quicunque ad extremum fati sui venit senex moritur.

Vitæ multa debemus, morti nihil.

Summa felicitatis nostræ, non est in carne ponenda; cum Beata vita in excelso sit, & volenti

pene-

penetrabilis; nam cum sola ratio perficiat hominem, sola ratio Beatum facit: Deum ergo solum miserentem, & vltorem semper præ oculis habeamus.

Non est Deus fastidiosus; nec inuidus; ascendentibus manum porigit. Miraris hominem ad Deum ire? Deus ad hominem venit, imò in homines venit.

Atti Giaculatorij da farsi di quando in quando da gl' infermi verso il Saluatore.

Clementissimo Sig. mio Giesù Christo, io spero nella vostra infinita misericordia, che mi pordonarete li miei peccati: ancorche hauessi commesso li più enormi peccati del Mondo.

Misericordiosissimo mio Giesù, io spero mediante il vostro aiuto, superare tutte le difficoltà, ch'in questa vita miserabile mi si rappresenterãno nel vostro Santo seruigio, per poterui poi nell'altra felice eternamente lodare.

Dolcissimo mio Giesù, ancora ch'io mi vedessi alle porte dell' inferno, non diffidarò mai dell' infinita misericordia vostra.

Amantissimo mio bene, vi sacrifico tutte l'interiora, e viscere dell' anima mia.

Non permettete, caro mio bene, che questo cuore ami altra cosa che voi, pretiosissimo tesoro dell'anima mia.

Abbrusciatemi, Bellissimo mio Dio, col dolcissimo incendio della vostra beltà. Fi-

Viuete, potentissimo mio Rè della Gloria eternamente nel cuor mio, e fatelo degna stanza della Vostra Maestà Diuina.

O castissimo amore dell' anima mia, rinuntio qual si voglia diletto, e piacere di questo Mondo, e volontieri vorrei essere confitto in Croce con voi, sopportando con somma patienza questa picciola infermità: donatemi gratia, e forza che maggiore ne possi per amor vostro patire.

Benignissimo mio Signore Iddio, detesto, abborrisco tutti li miei peccati solo per vostro amore, e risoluo volere più tosto mille volte morire, ch'in alcuna cosa giamai offenderui.

Soauissimo mio Giesù, potess'io col proprio sangue scancellare li miei graui peccati; ma già che non posso, li detesto però con quello più intenso dolore del cuor mio, che sia, mai possibile, come cosa, che tanto dispiace à Vostra Diuina Maestà, ne per quanto potess'io guadagnare in questo Mondo, più li commetterei, e v'offerisco il vostro Pretiosissimo Sangue per sodisfattione di quelli.

O quanto mi dispiace mio Dio, d'hauerui offeso; hauess' io più tosto patiti tutti li tormenti dell'Inferno, che mai hauerui disgustato: mi priuarei più tosto della Gloria stessa del Paradiso, che mai più offenderui.

Mansuetissimo Signore mio Giesù, io mi confesso auanti il vostro diuinissimo Cospetto, d'essere più vile di tutte le creature del Mondo, non si trouò mai huomo nel Mondo tant' ingrato, & infedele à Voi mio Signore come son'io: me ne rincresce, e ve ne chiedo humilissimamente perdono.

Mi

Mi contento per amor vostro, pietosissimo Giesù, e per osseruanza della vostra Diuina Legge condonare al prossimo mio, qualunque si sia, ogni sorte d'ingiuria, di disgusto, di pena, e di trauaglio che dà lui hauessi ricenuto, e l'ametto in tutto, e per tutto all'amicitia mia, e le prego da Vostra Diuina Maestà la vera pace, & ogni vero bene.

Vi prego, caro il mio Dio, à concedermi gratia per l'accerbissima Passione del vostro Dolcissimo Figlio, che per amor vostro sopporti qual si voglia trauaglio, afflittione, & infermità maggiore di questa ch'hora patisco.

Vi supplico, amor dell'anima mia, che per quelle vostre amorose Piaghe, vi degniate d'esequire in me la vostro Santissima Volontà, e donarmi vna perfetta rassegnatione al vostro Diuino volere.

Omnipotentißimo mio Dio, vi rendo infinite gratie dell'immense misericordie, e beneficij, così naturali, come sopranaturali, quali per vostra bontà m'hauete fatti.

Quali gratie potrò giamai renderui, Misericordiosißimo mio Giesù, e come potrò mai ricompensare tanti beneficij, che fatti m'hauete, della Creatione, Redentione, conseruatione, giustificatione, di tanti aiuti, e gratie Spirituali, d'hauermi con tanta benignità aspettato à penitenza, con commodità di poterla fare, e preseruatomi da tante iniquità, che per me haurei commesse; le vostre Sacratissime Piaghe siano tante bocche, che per me vi ringratijno.

Signor mio, se mai hò fatta cosa buona, e grata à V. D. M. è stata tutta opera vostra, & io non c'hò messo altro, che di-

difetti, & imperfettioni, perciò di quelle ve ne ringratio, e di queste ve ne dimando humilmente perdono.

Haueſs'io Sereniſsimo Prencipe dell'Vniuerſo, li cuori di tutti gl'Angioli, e Santi del Paradiſo, della Beatiſsima Vergine; anzi del voſtro dolciſsimo Figliuolo per offerirui, e conſecraroueli tutti per puro amore, e gloria di V. D. M.

Eccellentiſsimo mio Gieſù, vorrei hauere le perfettioni di tutti li Santi, che ſtati ſono, e ſaranno; della voſtra cariſſima Madre; anzi tutte le voſtre, per amarui, lodarui, benedirui, e ringratiarui, come merita la voſtra Diuina Potenza, e deſidera il voſtro Diuiniſsimo Cuore.

Vorrei hauere dolce Gieſù, le lagrime il dolore, e la contritione ch'hebbe S. Pietro, la Maddalena, e tutti gl'altri penitenti, de miei peccati commeſsi, & offeſe fatte alla voſtra Diuina Bontà. Pertanto v'offeriſco tutte le lagrime voſtre, e li dolori della voſtra accerbiſsima Paſsione.

Non promettete mio Diuiniſsimo Cuore, che coſa alcuna mi ritiri dal voſtro amore, e mi ſtanchi nel voſtro Santo ſeruigio.

Non piaccia mai alla V. D. M. vi ſupplico Signor mio, che per qualſi voglia auerſità, ò tribolatione mi ſcoſti dal voſtro diuino volere.

Inuigorite, caro Gieſù, la debolezza dello ſpirito mio con la voſtra Santiſsima Gratia, e meriti della voſtra accerbiſsima Paſsione, e Morte; acciò v'ami, e vi ſerui inſino al fine per gloria voſtra, e per honor voſtro, per dare guſto al voſtro amabiliſsimo Cuore.

Deh

Deh mio Dio, Redentore dell'Anima mia, trapassate questo mio cuore di pietra, con le saette del vostro ardentissimo amore; hormai stà per spirare il tempo, non tardate più mio Giesù, vita dell' anima mia.

Fate potentissimo Dio da quel, che sete verso di me, già ch'io verso di voi mi sono diportato da quel che sono: à voi è naturale la pietà, & à me proprio il commettere de' peccati, me ne dolgo però, e vorrei nella bontà essere di voi maggiore, per accrescere à voi gloria, & honore.

Concedete questo appiacere, Saluatore dell'huomo al vostro schiauo, che son io, maluaggio, e disgratiato peccatore. Collegate in vn fascio quante pene soffriste, per lo spatio di trenta, e di trè anni, e riponetelo nell'intimo più ascoso del mio contrito cuore, acciò ch'in parte sperimenti quant'in se stesso sia amaro l'hauere altroue, fuori, che in voi impiegata la forza de sregolati amori.

Amoroso Giesù, io conosco, & confesso li miei peccati, & ve ne chiedo misericordia. Dolcissimo Giesù per li, meriti della vostra passione, riceuete quest'anima mia trà li vostri Beati. O Christo mio habbiate misericordia di me. Volesse la Maestà vostra, mio Giesù, ch'io non v'hauessi mai offeso.

Signore venite in mio aiuto. Confesso d'essere indegno, che la terra mi sostenti, io vorrei Signore, sempre hauer fatta la vostra Santa volontà. Confesso d'essere indegno d'ogni bene, e dignißimo d'ogni male. Confido nella vostra grandißima Misericordia.

O Signore, ò Giesù pietoso getto tutti li miei peccati nell

abisso

abisso della vostra infinita Misericordia. V'offerisco in re-
missione delli miei peccati, li meriti della vostra Santissima
Passione. V'offerisco in salute dell'anima mia li meriti
della vostra Santissima Madre Maria. Signore, non vo-
gliate riguardare alli peccati miei.

O buon Giesù, datemi dolore basteuole per cancellara li
miei peccati. Dio mio, sono vostra creatura, fate meco se-
condo la vostra Misericordia. Vorrei sentire altretanto do-
lore de' miei peccati, quanto ne sentiste Voi per li peccati
del genere humano.

Saluate Saluator mio, quest'anima mia nel vostro Santo
nome. Concedetemi gratia, che per vostro amore riceua vo-
lontieri questa infermità, & anco la morte, quando sarà di
vostro gusto. Signore io vi dono quest'anima mia. Giesù
mio, raccommando l'anima mia nelle vostre braccia. Mise-
ricordia, Signore. Misericordia Christo mio confido nella
vostra bontà. Vorrei hauere la confidenza del Ladrone.
Vorrei hauer la fede del Centurione. Vorrei, caro Giesù,
hauere le lagrime della Maddalena. Vorrei Signore, hauer
il dolore di San Pietro. Vi supplico mio Giesù, che per la
vostra Santa Croce mi perdoniate li peccati.

Hauendo dinanti l'Imagine del Crocifisso diuo-tamente, & con sincerità di cuore potrà dire

QVesta Croce, queste Piaghe, questi Chiodi, queste Spine,
che per me hauete patite, siano hora tante lingue,
che per me vi ringratijno di quanto hauete fatto, e Patito per
me. Siano tante voci, che per me gridino pietà, e miseri-
cordia.

cordia. Signore, io non voglio altro bene, che voi. Deus meus, & omnia. Vorrei, Giesù mio amarui, come meritate.

O Giesù Crocifisso, non guardate alli miei peccati, alla fredezza mia in amarni, in chiederui misericordia; & in sentire dolore de' miei peccati. Vsate misericordia à quest' anima mia. Saluate Saluator mio, l'anima mia dalle mani del demonio. Defendetemi, Signore, dagl'inganni del demonio. O Giesù mio, infondete in me il vostro sant' amore. O Fuoco del Santissimo Amore, ardete il mio cuore in questi miei vltimi giorni. O misericordia infinita, aiutate quest'anima mia. Riceuetemi nel vostro Paradiso. Dolgomi grandemente d'hauerui offeso tutto il tempo di mia vita. Misericordia, misericordia, Signore. Vorrei Signore, più tosto esser'incorso in ogni pena, e tormento dell'anima, e del corpo, ch'hauerui offeso. Pietà, Pietà mio Giesù.

Atti di confidenza da farsi verso la Madre di Dio.

MARIA Mater gratiæ, &c. Sub tuum præsidium, &c.

O MARIA, Monstra te esse Matrem.

Signora mia, non m'abbandonate in questo mio bisogno, massime quando non potrò più parlare. All'hora gran Madre di Dio, parlate per me. Vergine Santissima difendete l'anima mia dalli demonij. O Signora vi raccommando l'anima mia; difendetela dalle tentationi diaboliche.

D O Ma-

O Madre di Dio, ricordateui di me peccatore, copritemi sotto il manto della vostra misericordia hora, & nel punto della mia morte. Aiutatemi Maria, soccorretemi Maria. O Giesù, ò Maria difendete l'anima mia. O Giesù, ò Maria habbiate misericordia dell'anima mia. O Giesù, ò Maria donate patienza, e fortezza all'anima mia. O Giesù, ò Maria santificate l'anima mia. O Giesù, ò Maria riceuete appresso di voi l'anima mia, Angeli, Santi, & Sante del Paradiso pregate per me hora, & nel punto di mia morte. Amen.

Ordo ministrandi Sacram. Eucharistiæ infirmis.

Sacerdos ingrediens locum, vbi iacet infirmus, dicat.

Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantib. &c.

Tum depositum Sacramentum super mensa supposito corporali, genuflexus adoret, omnibus genu procumbentibus, mox accepta Aqua Benedicta, aspergat infirmum, & cubiculum dicens.

Antiph. Asperges me Domine, &c.

Psal. Miserere mei Deus, &c. Gloria Patri, &c.

Deindè repetat Antiph. Asperges me Domine, &c.

Postea ℣. Adiutorium nostrum, &c.

℣. Domine exaudi, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

EXaudi nos, Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet: atque defendat omnes habitan-

tes

tes in hoc habitaculo. Per Christum, &c. ℟ Amen.

Postea facta de more confessione generali siuè ab infirmo, siuè eius nomini ab alio, Sacerdos dicat.

Misereatur tui omnipotens Deus, &c.

Indulgentiam absolutionem, &c.

Deinde facta genuflexione, accipiat Sacramentum de vasculo, atque illud eleuans ostendat infirmo, dicens. Ecce Agnus Dei, &c. *& more solito ter dicat.* Domine non sum dignus, &c.

Et infirmus simul cum Sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissa voce: tum Sacerdos dans infirmo Eucharistiam dicat.

Accipe frater, vel soror, Viaticum Corporis Domini nostri Iesu Christi, qui te custodait ab hoste maligno, & perducat in vitam æternam. Amen.

Si vero Communio non datur per modum Viatici, dicat more Ordinatio.

Corpus Domini nostri Iesu Christi, custodiat animam tuam in vitam æternam. Amen.

Quod si mors immineat, & periculum sit in mora tunc dicto: Misereatur, &c. *prædictis Precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim Viaticum prebeatur. Postea Sacerdos abluat digitos, nihil dicens: & infirmo detur ablutio, deinde dicat.* ℣. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

DOmine Sancte Pater omnipotēs æterne Deus, te fideliter deprecamur; vt accipienti fratri

nostro, vel sorori nostræ, Sacrosanctum Corpus Domini nostri Iesu Christi Filij tui, tam corpori, quam animæ prosit ad remedium sempiternum. Qui tecum viuit, &c.

His expletis, si altera particula Sacramenti superfuerit genuflectat, surgat, & accipiens vas cum Sagramento, faciat cum eo signum Crucis super infirmum, nihil dicens, & reuerenter illud deferens, reuertatur ad Ecclesiam, dicendo Psalmum. Laudate dominum de Cælis: *Et alios Psalmos, & Hymnos prout tempus feret. Cum peruenerit ad Ecclesiam, ponat Sacramentum super Altare, adoret, deinde dicat.*

℣. Panem de Cælo, &c. ℣. Dominus vobiscum.

Oremus.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti, tribue quæsumus, ita nos corporis, & Sanguinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis, &c. ℟. Amen.

Postea cum Sacramento in Bixide, velo cooperto; faciat signum Crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponat.

Oratione di S. Agostino da dirsi dall' Infermo dopò la Communione.

DOlcissimo benignissimo, & amoreuolissimo Signor mio Giesù Christo: già che non fete isdegno d'entrare in questa mia meschina, e poue-

pouerella casa, non vi sia discaro d'abbellirla, d'ornarla, d'arricchirla cogl' impretiabili tesori di di quelle gratie, che la rendino habitatione capace della vostra immensità; acciò che soggiornando entro di me voi solo; in voi solo s'vnischi anco il cuor mio. Non bastiui Signore d'hauermi reficiato col vostro Sacro Corpo: ma con esso schiarite le tenebre palpabili, frà le quali languisce ciecamente rauolta, l'anima mia. Poco mi giouarebbe l'hauer'io saporeggiato il cibo della vita, se douessi digiuno delli fauori vostri, famelico perire col pane nelle fauci non inghiottito. Nulla m'alleuiarebbe, l'hauer intinte le labra nella fonte delle consolationi, ogni qual volta m'annoiasse la sete delle cose terrene, e transitorie. Sarei ancora frà li ceppi ristretto, se nel riceuere l'Autore della mia libertà, fossi oppresso da pernitiose aggitationi. Marcirei nel pantano di mille succidezze, se nell'essermi approssimato al mio maleuadore, sperimentassi li contrasti de sensuali affetti, sospiro nel letargo delle passioni. Voi sete la lucerna, la face, la pupilla de'gl'occhi miei, il giubilo, la gioia de miei desiri. Amorosissimo diletto. Dilettissimo amante, trasformatemi tutto nell'Idea de vostri feruidissimi amori. Aiutatemi la memoria, purificatemi l'intelletto, e raffinatemi lo spirito, acciò mai scordeuole del-

le grandezze, dell'incessibili vostre magnificenze, vi conoschi, v'adori, & à voi vi congionghi inseparabilmente. Concedetemi, cortesissimo Redentore, che viuendo per voi, in voi quieto respiri, e da voi nel morire, lietamente possieda nel centro de contenti l'eterna requie, e così sia.

Di S. Tomaso d'Aquino.

VI ringratio sempiterno mio Dio, e Padre sommamente Onnipotente delle gratie de priuileggi, e delli beneficij, che cortese m'hauete largamente concessi, & in particolare d'hauermi voi ammesso alla participatione del Sacratissimo Corpo, e della Deità del vostro Dolcissimo Figliuolo. Vi supplico per tanto, Clementissimo Padre, che questa dignatione communicatami, totalmente m'estingui il fomite, l'inclinatione alli peccati, mi sconti le partite delle pene douute à quanti ne commisi, m'ottenghi l'indulgenza, la remissione, m'armi contro il demonio, m'inuigorischi à mantenere la professata fede; sia scudo, che mi circondi di buona volontà; sia falce che tronchi ogni vitiosità, sia fuoco che consumi gli appetiti rubelli, disordinati, sia fiamma, che m'accendi di carità, sia tesoro, che mi arricchischi d'humiltà, di patienza di tutte le virtù perfettamente; Sia Vessillo di pace; sia spada per ripararmi dalle frodi de gli auuersarij manifesti, & occulti;

culti: Finalmente io vi scongiuro, che per Misericordia, sia nodo, che m'annetti con voi, mio vero Dio insegiongibilmente, e sia per pietà vna ben forte lieua, che da questo mi porti all' ineffabile conuitto di quell'albergo, nel quale, voi stantiate, luce vera, conforto, scaturità compita, e giubilo perenne ne' secoli de' secoli, e così sia.

Oratione à Giesù Christo.

SIgnore, Redentore, gaudio, speme, fortezza, e tramontana mia; con tutte le potenze interiori, & esterne, humilmente v'adoro, e supplicheuole vi chieggo, che per quell'eccessiua, e suiscerata carità, che trattoui dal Cielo vi ricinse di spoglia passibile mortale, & vlceratoui à guisa di lebbroso, dalla cima del capo, fino all'estremità de piedi, suenoui sulla Croce ignominiosamente, per redimer ogn' huomo dalle rapide fauci di Satanasso: hora non ricusiate d'essere propitiò à me vile meschino, scoria, feccia de vermi, indegno di fiatare sopra la terra. Se veniste à cercare frà gli horridi deserti di questo Mondo, le pecore smarite dell' Adamico gregge, per riporle sicure nell'Onile felicitante della salute, accogliete me sciagurato, che più volte vagando trauiai dalli sentieri del Paradiso; già diceste, che v'abbreuiaste, per conuincere à penitenza li delinquenti: onde io, che temerario primo vi offesi, anche primo

contritto à voi ricorro. Vi protestaste, ch' aspirauate alla misericordia, e non al sacrificio: Con me dunque, composto di fragile miseria, vsare la douete prodigamente. E se pure volete vn' holocausto, io vi offerisco la vittima cruenta della vostra innocente humanità, spasmantissiamente martizata. Questa si ponghi cortesissimo Saluatore, frà il giuditio vostro, e trà l'anima mia. Questa sia l'Hostia, che sodisfi al rigore della Giustitia, e mitighi placando lo sdegno vostro. Risguardate Signore quelle doglie penose, che v'angoscierano lo spatio di trenta, e di trè anni, & à mercè di esse, rimettete indulgente alla mia pertinacia ogni peccato. Per l'agonia, che prouaste in vn' Horto, à riuoli sudando il viuo Sangue: Condonate vi prego l'innumerabili mancanze, che commisi (distratto dall'amore disordinato di me medesimo) nel debito contratto d'honorarui sopra tutte le cose infaticabilmente. Per le Spine pungenti, che vi trafissero le tempia: humigliate li fumi della superbia mia. Per le fierissime sferzate, che vi stracciarono le carni: espurgate le succidezze de miei sfrenati sensi. Per la durezza della Croce, che sciegliste per Trono della Clemenza vostra; Condonate le colpe delli lussi, delle delicatezze, che insano procurai, à diletto del mio fracidumato corpo. Per quelli chiodi,

che

che vi ferirono le mani: ſcordateui delle auaritie, dell'e vſure, delle rapine, delle mie concupiſcenze immoderate. Per li ferri, che crudi vi perforarono li piedi: ſupplite alli difetti degl' otij, de vaneggi, e delle mie immodeſte ricreationi, per l'amarezza, che guſtaſte dell' aceto, e del fiele: iſcuſate l'intemperanze, e le lautezze mie. Per la puzza, che toleraſte ſopr'il Caluario: non nauſeate li fetori delle ſceleratezze mie. Per l'ingiurie, per le beſtemie, ch'allegro ſopportaſte da gl'auuerſarij, corregete li sboccamenti della mia lingua, per li ſcorni, per li tormenti, che ſubiſte con tanta manſuetudine: rimettetemi l'ire, li ſdegni, l'impatienze, gl' odij, l'inuidie, e gl'atti di vendetta, nelli quali cadetti furioſamente. Per le preghiere, che porgeſte placato, al Padre in beneficio delli Crocifiſſori: non peſate con rigidezza li miei eceſſi, e fauoritemi per gratia chiunque m'offeſe. Per la Lancia inhumana, che il fianco ſpalancoui eſanimato: iſmorzate le fiamme che m'abbrucciano il Cuore mondanamente. Grauiſſimi (non niego) ſono li miei misfatti: ma baſtami per diſpennarli, vna gocciola ſola del Sangue, che ſpargeſte in tanta copia: Con quello miſuratele mie preuaricanze; e ſe fero rubbai la Gloria voſtra come ladro pentito; donatemi di quella di preſente, la ſciolta inueſtitura, acciò il

furto

furto si cangi in materia felice, di lodarui frà li Beati in sempiterno. E così sia.

Alla B. Vergine Maria.

MIlle gratie vi rendo, ò Vergine gloriosa, per l'immenso fauore concessomi per vostra intercessione, di riceuere il frutto Benedettissimo, Dolcissimo del vostro Immacolato, e purissimo ventre, Vnigenito insieme, e cordialissimo Figliuolo dell'Ingenito Padre, Dio con esso, & huomo per amore Saluator mio, & humilmente colle viscere viue de miei poueri affetti, vi prego, e vi scongiuro, ò Madre intemerata della misericordia, che per li meriti sommamente infiniti d'esso Figliuolo, e per l'inumerabili prerogatiue à voi communicate da tutte trè le Persone Diuine, non vi sdegnate d'impetrarmi, di conseguirmi l'Indulgenza, l'assolutione di qual si voglia colpa, in qual modo si sia, da me commessa, l'emendatione delli vitij, il progresso nel bene; la patienza nelle tribolationi, la vittoria nelle tentationi, la costanza nelli Santi proponimenti, l'odio l'abborrimento delli gusti mondani, e sensuali, l'affettione, l'vnione alle cose Celesti, vn'intiera rassegnatione al superno volere, vna vita innocente, & vna morte finalmente Beata, per la quale vi possi adorare in eterno, con essa voi lodando, esaltando, magnificando li trofei, e preminenze del Figlio vostro, che

col

Padre, e collo Spirito Santo, regna, e viue immortale ne' secoli, de' secoli, e così sia.

Ordo ministrandi Sacramentum extremæ Vnctionis.

Cum peruentum fuerit ad locum, vbi iacet infirmus Sacerdos intrans, cubiculum dicat.

Pax huic domui. ℟. Et omnibus habitantibus in ea.

Deindè deposito Oleo super mensam, superpelliceo, Stolaq; violacea indutus ægroto, Crucem piè deosculandum porrigat: mox in modum Crucis, cum Aqua benedicta, & cubiculum, & circumstantes aspergat dicens.

Asperges me, &c. ℣. Adiutorium, &c. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

INtroeat, Domine Iesu Christe, domum hanc, sub nostræ humilitatis ingressu, æterna fælicitas, Diuina prosperitas, serena lætitia, charitas fructuosa, sanitas sempiterna: effugiat ex hoc loco accessus Dæmonum; adsint Angeli pacis domumq; hanc deserat omnis maligna discordia. Magnifica Domine, super nos nomen Sanctum tuum; & benedic ✠ nostræ conuersationi: sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus, & pius es, & permanens cum Patre, & Spiritu Sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Ore-

Oremus.

ET deprecamur Dominum nostrum Iesum Christũ; vt benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & det eis Angelum bonum Custodem, & faciat eos sibi seruire ad considerandum mirabilia de lege sua, auertat ab eis contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus.

EXaudi nos, Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum, &c. Amen.

Quæ Orationes, si tempus non patiatur, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more, facta Confeßione generali, latino, vel vulgari sermone dicat. Misereatur tui, &c. Indulgentiam, &c.

Antequam Parochus, incipiat vngere infirmum, moneat adstantes; vt pro illo orent, & vbi commodum fuerit pro loco, & tempore, & adstantium numero, vel qualitate, recitent Septem Psalmos Pænitentiales, cum Litanijs, vel alios Preces. Dum ipse vnctionis Sacramentum administrat, mox dicat.

In

In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti ✠ extinguatur in te, omnis virtus diaboli, per impositionem manum nostrarum, & per inuocationem omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, atque omnium simul Sanctorum Amen.

Deinde, intincto pollice in Oleo Sancto in modum Crucis, vngat infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco; verba formæ, in hunc modum.

Ad oculos.

Per istam Sanctam vnctionem, ✠ & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per visum deliquisti. Amen.

Minister verò, si est in Sacris, vel ipsemet Sacerdos, post quamlibet vnctionem, tergat loca inuncta nouo globulo bombacij, vel rei similis, atq; in vaso mundo reponat, & ad Ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque proyciat in sacrarium.

Ad aures.

Per istam Sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad nares.

Per istam Sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per odoratum deliquisti. Amen.

Ad

Ad os, compressis labijs.

Per istam Sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per gustum, & locutionem deliquisti. Amen.

Ad manus.

Per istam Sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per tactum deliquisti. Amen.

Et aduertat, quod Sacerdotibus manus non inunguntur interius, sed exterius.

Ad pedes.

Per istam Sanctam vnctionem ✠ & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per gressum deliquisti. Amen.

Ad lumbos, siue renes.

Per istam Sanctam vnctionem, ✠ & suam pijssimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quicquid per lumbrosum delectationem deliquisti. Amen.

Hæc autem vnctio ad lumbos, omittitur semper in fœminis, & etiam in viris, qui ob infirmitatem vix, aut sine periculo moueri non possunt.



SEP-

SEPTEM PSALMI

Pœnitentiales.

Antiph. Ne reminiſcaris.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine vſquequo? Conuertere Domine, & eripe animam meam: ſaluum me fac propter miſericordiam tuam. Quoniam non eſt in morte, qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum: lachrymis meis ſtratum meum rigabo. Turbatus eſt à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem; quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam ſuſcepit. Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur, & erubeſcant valdè velociter. Gloria Patri, &c.

Beati

BEati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccatus. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus. Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina. Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno. Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus, & mulus: quibus non est intellectus. In chamo, & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit. Lætamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. Gloria Patri, &c.

DOmine ne in furore tuo arguas me; neque in ira tua corripias me. Quoniam sagittæ tuæ in-

infixæ ſunt mihi : & confirmaſti ſuper me manum tuam. Non eſt ſanitas in carne mea à faciæ iræ tuæ : non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum : & ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ : à facie inſipientiæ meæ. Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſque in finem : tota die contriſtatus ingrediebar : Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus : & non eſt ſanitas in carne mea. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei. Domine ante te omne deſiderium meum : & gemitus meus à te non eſt abſconditus. Cor meum conturbatum eſt dereliquit me virtus mea : & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum. Amici mei, & proximi mei : aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt. Et qui iuxta me erant de longè ſteterunt : & vim faciebant, qui quærebant animam meam. Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates : & dolos tota die meditabantur. Ego autem tamquam ſurdus non audiebam : & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones. Quoniam in te Domine ſperaui : tu exaudies me Domine Deus meus. Quia dixi, nequando ſupergaudeant mihi inimici

mei: & dum commoueantur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo. Inimici autem mei viuunt; & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebãt mihi: quoniam sequebar bonitatem. Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me. Intende in adiutorium meum: Domine Deus salutis meæ. Gloria Patri, &c.

MIserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinẽ miserationem tuarum: dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui; & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatem dilexisti: incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exulabunt ossa humiliata.

Auer-

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Ne proijcias me à facie tua: & Spiritum Sanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies: & os meam annuntiabit laudem tuam. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis. Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum, Deus non despicies. Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ierusalem. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. Gloria Patri, &c.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacumque die inuocauero te velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum, vt fænum, & aruit cor meum; quia oblitus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ. Similis factus ſum pelicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio. Vigilaui,& factus ſum: ſicut paſſer ſolitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me aduerſum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum, cum fletu miſcebam. A facie iræ, & indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me. Dies mei, ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui. Tu autem Domine, in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione, & generationem. Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus. Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerabuntur. Et timebunt gentes nomen tuum Domine:& omnes reges terræ gloriam tuam. Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum. Scribantur hæc in generatione altera: & populus, qui creabitur, laudabit Dominum. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de Cælo in terram aſpexit. Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum. Vt annuntient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Ieruſalem. In conueniendo populos in vnum; & reges, vt ſeruiant

uiant Domino. Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierum meorum; in generationem, & generationem anni tui. Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt Cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut opertorium mutatabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur. Gloria, &c.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ. Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino. A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino. Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria Patri, &c.

DOmine exaudi orationem meam; auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua; exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in

conspectu tuo omnis viuens. Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obscuris sicut mortuos sęculi: & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine: defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui. Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine, viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam: & misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum. Gloria Patri, &c.

Antiph. Ne reminiscaris Domine delicta nostra, vel parentum nostrorum, neque vindictam sumas peccatis nostris.

Qui-

Quibus omnibus peractis Sacerdos dicat.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. Et ne nos, &c. ℣. Saluum fac ſeruum tuum. ℟. Deus meus ſperantem in te. ℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto. ℟. Et de Sion tuere eum. ℣. Eſto ei Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus, qui per Apoſtolum tuum Iacobum locutus es: Infirmatur, quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit remittentur ei: cura, quæſumus, Redemptor noſter gratia Sancti Spiritus, languores iſtius infirmi, eiuſque ſana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis, & corporis ab eo expelle plenamque interius, & exterius ſanitatem miſericorditer redde; vt ope miſericordiæ tuæ reſtitutus, ad priſtina reparetur officia. Qui cum Patre, & Spiritus Sancto viuis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

RESpice, quæsumus, Domine famulum tuum N. in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animam refoue, quam creasti, vt castigationibus emendatus, se tua sentiat medicina saluatum. Per Christum, &c. Amen.

Oremus.

DOmine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam, ægris infundendo corporibus, facturam tuam, multiplici pietate custodis, ad inuocationem tui Nominis benignus assiste, vt famulum tuum, ab ægritudine liberatum; & sanitate donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestatem tuearis, atque Ecclesiæ tuæ Sanctæ, cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum &c. Amen.

Absolutio ordinaria Ecclesiæ post Sacramentalem Confessionem.

Iniuncta confesso pænitentia, & ab ipso recepta, dicat Sacerdos.

MIsereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Amen.

Dein se dextera, versus pænitentem eleuata, subiungat.

INdulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens, & mi-

& misericors Dominus. Amen.

DOminus noster Iesus Christus te absoluat, & Ego auctoritate ipsius, absoluo te, ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, in quantum possum, & tu indiges: Deinde ego te absoluo à peccatis tuis. In nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Si sit laycus omittitur verbum suspensionis.

PAssio Domini nostri Iesu Christi, merita B. Mariæ Virg. & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augumentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

Vrgente graui necessitate, in periculo mortis dicitur tantũ.
Ego te absoluo ab omnibus censuris, & peccatis. In nomine Patris, &c.

Absolutio Excommunicationis in foro extr.

Pænitens genuflectat, cuius humerum, si fuerit vir nudatur, & Sacerdos, cui hæc potestas commissa est, sedens, virga, aut funiculo, leuiter eum percutiendo, dicat totum Psal. Miserere mei Deus, *&c. cum* Gloria Patri, *&c. Deindè surgat, & aperto capite dicat.*

Kyrie eleison, &c. Pater noster, &c. ℣. Saluum fac seruum tuum. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Nihil proficiat inimicus in eo. ℟ Et filius iniquitatis non nocebit ei. ℣. Esto ei Domi-

ne turris fortitudinis. ℟ A facie inimici. ℣. Domine exaudi, &c. ℣. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

DEVS cui proprium est misereri, semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram; vt hunc famulum tuum, quem excommunicationis sententia constringit: miseratio tuæ pietatis clementer absoluat. Per Christum &c.

Mox sedeat, & cooperto capite dicat.

DOminus noster Iesus Christus, te absoluat, & ego auctoritate ipsius, & Sanctissimi Domini nostri Papæ, vel Reuerendiss. Episcopi, N. vel talis Superioris N. mihi commissa, absoluo te, à vinculo excommunicationis, in quam incurristi, vel incurrisse declaratus es, propter tale factum, vel causam, &c. restituendo te communioni, & vnitati fidelium, & Sanctis Sacramentis Eccles. In nomine Patris, ✠ &c.

Si Sacerdoti, nulla sit, à Superiore, præscripta forma, prædictam cæremoniam, & preces adhibeat. Si res non fuerit grauis, omißis cæteris, solum dicat. Dominus noster, &c.

In foro interioris absoluat iuxta formam præscriptam in absolutionis Sacramentali, vt supra.

Absolutio suspensionis, vel interdicti, extra, vel intra Sacramentalem Confessionem.

Pænitens dicat, Confiteor Deo, &c. Sacerdos, Misereatur, &c.

&c. Indulgentiam, &c. vt supra, & postea

AVctoritate mihi, ab N. tradita, Ego absoluo te, à vinculo suspensionis, vel interdicti; quam, vel quod, propter tale factum, vel causam incurristi, seù incurrisse declaratus es. In nomine Patris, ✠ &c.

Si habuerit potestatem dispensandi super irregularitate, post absolutionem peccatorum addat.

ET eadem auctoritate, dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, in quam, vel in quas, ob talem, vel tales causas, NN. incurristi, & habilem reddo, & restituo te executioni ordinum, & officiorum tuorum. In nomine Patris, ✠ &c.

Si nullum habeat ordinem dicat.

Habilem reddo te ad omnes ordines suscipiendos, *vel etiam ad alia iuxta tenorem mandati.*

Si necesse sit titulum beneficij restituere, & fructus, malè perceptos, condonare, subiungat.

Et restituo tibi titulum, seù titulos beneficij, seù beneficiorum, & condono tibi fructus malè perceptos. In nomine Patris, ✠ &c.

Absolutio à Superioribus Regularium tàm Generalium, quàm Prouincialium, danda Subditis, peracta visitatione Monasteriorum.

Dicto à Fratribus genuflexis Confiteor *vt supra. Superior*

perior stans dicat Misereatnr, &c. *mox subiungat*

SI tenemini aliquo vinculo excommunicationis, maioris, vel minoris, suspensionis, vel interdicti, in quantum se extendunt gratiæ, ac priuilegia, ordini nostro indulta, mihi commissa, & nobis concessa, absoluo vos, & restituo vos Sacrosanctis Sacramentis, Ecclesiæ communioni, & vnitati fidelium. In nomine Patris, ✠ & Filij, &c. Item; eadem auctoritate, dispenso vobiscum super irregularitatibus, inhabilitatibus, & alijs pænis Ecclesiasticis, si quas contraxistis, in quantum possum, & valeo. Aboleo etiam à vobis, omnem maculam infamiæ, vndecumque contractæ, & habilito vos, ac restituo executioni ordinum, & officiorum vestrorum; nec non ad omnes actus legitimos, tùm ordinis, tùm iurisdictionis, ac Religionis nostræ beneficia, prout nostra se extendit auctoritas. Demum, eadem auctoritate, absoluo vos, ab omni transgressione Regulæ, constitutionum, ordinationum, admonitionum maiorum nostrorum, ab omnibus pænitentijs oblitis, seù etiam neglectis, & ab omnibus peccatis vestris; de illis vobis concedendo indulgentiam plenariam, iuxta formam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consuetam. In nomine Patris, ✠ &c. Ite in pace, nolite amplius peccare, & orate Deum pro me.

Abso-

Abſolutio, ab eiſdem danda Vocalibus in Capitulo, antequam ad electiones deueniant.

Præmiſsis omnibus vt ſupra notatis, Superior dicat.

SI tenemini aliquo vinculo excommunicationis, maioris, vel minoris, interdicti, vel ſuſpenſionis, in quantum ſe extendunt gratiæ, ac priuilegia ordini noſtro conceſſa; vos omnes ad effectum electionum faciendarum, abſoluo, & reſtituo vos Sacroſanctis Sacramentis, Eccleſiæ communionis, & vnitati fidelium. Eadem pariter auctoritate, & ad eumdem effectum, ego diſpenſo vobiſcum ſuper omni irregularitate, ſi quam contraxiſtis, & habilito vos, in quantum valeo, executioni ordinum, ac officiorum veſtrorum, dans vobis Indulgentiam, quam poſſum. In nomine Patris, ✠ & Filij, &c.

Abſolutio danda ab omnibus caſibus etiam Pontifici reſeruatis; Fratribus in agone.

Facta confeßione, & impoſita pænitentia, dicat.

DOminus noſter Ieſus Chriſtus, per merita ſuę Sanctiſſimæ Paſſionis, te abſoluat, & gratiam ſuam, tibi infundat: & ego auctoritate ipſius, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum, mihi in hac parte commiſſa, abſoluo te, ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, vel ſententia ſuſ-

penſio-

pensionis, & interdicti, & dispenso te, cum omni irregularitate, si quam contraxisti, & restituo te vnioni, & participationi fidelium, necnon Sanctis Sacramentis Ecclesiæ. Eadem auctoritate, absoluo te, ab omni transgressione, votorum tui Ordinis & Statutorum Papalium, Generalium, Prouincialium, Custodialium, localium, & Synodalium quorumcunque.

Eadem auctoritate absoluo te ab omni officio malè persoluto, horis indebitè transpositis, vel dimissis. Item eadem auctoritate, ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum, fragilitate humana; ignorantia, vel malitia deliquisti: concedens tibi remissionem, & Indulgentiam Plenariam omnium peccatorum tuorum confessorum, & cunctorum, de quibus etiam non recordaris; aut oblitus fuisti, in quantum claues Ecclesiæ se extendunt. Item eadem auctoritate, ego absoluo te à pœnis Purgatorij, quas pro peccatis commissis, & delictis in hoc Mundo perpetratis meruisti, restituendo te illi innocentiæ, in qua eras, quando Baptizatus fuisti. In nomine Patris, ✠ &c.

Si hac vice non decesseris, reseruo tibi hanc gratiam vsque ad extremum mortis tuæ articulum.

Abso-

Absolutio, danda in agone sæcularibus; habentibus Indulg. Papalem, seù benedictione, siuè priuilegio alicuius Congregationis, aut Societatis.

Absoluto infirmo, à censuris, & peccatis, secundum formulam ordinariam, superius præscriptam; subiungat Sacerdos.

AVctoritate Domini nostri Iesu Christi, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, tibi concessa, & mihi commissa. Absoluo te ab omnibus peccatis toto decursu vitæ tuæ, quomodocumque commissis, de quibus corde contritus, & ore confessus es, ab illis quoque, quorum oblitus, vsq; in præsentem diem, confiteri minimè recordatus es: restituens te, illi innocentiæ; in qua eras, quando baptizatus fuisti, ac eidem puritati; in quantum claues S. Matris Ecclesiæ se extendunt. Remitto pariter tibi pænas Purgatorij, quas, propter culpas, & offensas, contra Deum, & proximum, ac te ipsum perpetratas, incurristi. Claudo tibi portas Inferni; Ianuam Paradisi aperio; impendendo tibi omnem illam Indulgentiam Plenariam, quam possum; virtute Priuilegij, quo potiris, in hac vice non morieris; hanc gratiam, pro alia, tibi reseruo. Passio Domini nostri Iesu Christi vt supra. In nomine Patris, ✠ &c.

Com-

Commendatio Animæ.

Aspergatur infirmum, & cubile Aqua Benedicta dicendo. Asperges me, &c. *deindè, accensa candela benedicta, signet eum, dicendo.*

IN nomine Patris, ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti, ✠ Amen. Benedictio Sanctissimæ Trinitatis, Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti, ✠ descendat super te, & maneat semper. Amen.

Domine Iesu Christe, per amaritudinem illam Passionis tuæ, quam sustinuisti in Cruce: ✠ & maximè in illa hora, quando anima tua Sanctissima egressa est de Sanctissimo Corpore tuo; miserere animæ famuli tui in egressu suo.

Hæc signatio repetitur in expiratione, & accensa eadem candela: genibus flexis cum omnibus circumstantibus, breues Litaniæ deuotè recitantur in hunc modum.

KYrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison.

Sancta MARIA, ora pro eo.
Omnes Sancti Angeli, & Arcangeli, orate pro eo.
Sancte Abel, ora pro eo.
Omnes Chorus Iustorum, orate pro eo.
Sancte Abraham, ora pro eo.
Sancte Ioannes Baptista, ora pro eo.
Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora pro eo.
Sancte Paule, ora pro eo.

San-

Sancte Andrea, ora pro eo.
Sancte Ioannes, ora pro eo.
Omnes Sancti Apostoli, & Euangelistæ, orate
Omnes Sancti Discipuli Domini, orate pro eo.
Omnes Sancti Innocentes, orate pro eo.
Sancte Stephane, ora pro eo.
Sancte Vincenti, ora pro eo.
Omnes Sancti Martyres, orate pro eo.
Sancte Syluester, ora pro eo.
Sancte Gregori, ora pro eo.
Sancte Augustine, ora pro eo.
Omnes Sancti Pontifices, & Confessores, orate.
Sancte Benedicte, ora pro eo.
Sancte Francisce, ora pro eo.
Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ, orate pro eo.
Sancta Maria Magdalena, ora pro eo.
Sancta Lucia, ora pro eo.
Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ, orate.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite pro eo.
Propitius esto, parce ei Domine.
Propitius esto, libera eum Domine.
Ab ira tua, libera eum Domine.
A periculo mortis, libera eum Domine.
A mala morte, libera eum Domine.
A pœnis Inferni, libera eum Domine.
Ab omni malo, libera eum Domine.
A potestate diaboli, libera eum Domine.

Per Natiuitatem tuam, libera eum Domine.
Per Crucem, & Passionem tuam, libera.
Per mortem, & sepulturam tuam, libera.
Per gloriosam Resurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem Ascensionem tuam, libera.
Per gratiam Spiritus Sancti Paraclyti, libera.
In die Iudicij, libera eum Domine.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt ei parcas, Te rogamus audi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Deindè, cum in agone sui exitus, anima anxiatur, dicantur sequentes Preces.

PRoficiscere anima Christiana de hoc Mundo: in nomine Dei Patris, omnipotentis, qui te creauit: in nomine Iesu Christi Filij Dei viui, qui pro te passus est: in nomine Spiritus Sancti, qui in te effusus est: in nomine Angelorum, & Archangelorum: in nomine Thronorum, & Dominationũ in nomine Principatuum, & Potestatum: in nomine Cherubim, & Seraphim: in nomine Patriarcharum, & Prophetarum: in nomine Sanctorum Apostolorum, & Euangelistorum: in nomine Sanctorum Martyrum, & Confessorum: in nomine Sanctorum Monacorum, & Eremitarum: in nomine Sanctarum Virginum, & Omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei: hodie sit in pace locus tuus, & habitatio tua in Sancta Syon. Per Christum, &c.

Deus

DEVS misericors, Deus clemens, Deus, qui secũdum multitudinem miserationum tuarum, peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas, venia remissionis euacuas: respice propitius super hunc famulum tuum N. & remissionem omnium peccatorum suorum, tota cordis confessione poscentem, deprecatus exaudi. Renoua in eo pijssime Pater, quidquid, terrena fragilitate corruptum, vel quidquid diabolica fraude violatum est: & vnitate corporis Ecclesiæ, membrum redemptionis annecte. Miserere Domine gemituum, miserere lacrymarum eius & non habentem fiduciam, nisi in tua misericordia, ad tuæ Sacramentum reconciliationis admittat. Per Christum &c.

COmmendo te omnipotenti Deo charissim[e] frater, & ei cuius es creatura, committo; vt cum humanitatis debitum (morte interueniente) persolueris, ad auctorem tuum, qui te, de limo terræ formauerat, reuertaris. Egredienti itaque, animæ tuæ de corpore, splendidus Angelorum cætus occurrat: Iudex Apostolo[rum] tibi senatus aduesniat: candidatorum tibi [ma]rtyrum triumphator exercitus obuiet: liliarum, rutilantium te confessorum turma circumdet: iubilantium Virginum Chorus excipiat: & beatæ quietis in sinu Patriarcharum, te complexus astringat: mitis,

atq; festines Christi Iesu tibi, aspectus appareat, qui te inter assistentes sibi iugiter interesse decernat. Ignores omne, quod horret in tenebris, quod stridet in flammis, quod cruciet in tormentis. Cedat tibi teterrimus Satanas cum satellitibus suis, in aduentu tuo, te comitantibus Angelis, contremiscat, atque in æternæ noctis chaos immane diffugiat. Exurgat Deus, ✠ & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant; sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei; & iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei. Confundantur igitur, & erubescant omnes tartareę legiones, & ministri Satanæ, iter tuum impedire non audeant. Liberet te à cruciatu Christus, qui pro te crucifixus est liberet te ab æterna morte Christus, qui pro te mori dignatus est. Constituat te Christus Filius Dei viui, inter Paradisi sui semper amæna virentia, & inter oues suas; te verus ille Pastor agnoscat. Ille ab omnibus peccatis tuis te absoluat, ✠ atq; ad dexteram suam, in electorum suorum te sorte constituat. Redemptorem tuum, facie ad faciem videas, & præsens semper assistens, manifestissimam beatis oculis aspicias veritatem constitutus igitur inter agmina Beatorum, contemplationis Diuinæ dulcedine potiaris, in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Suscipe

SVſcipe Domine, ſeruum tuum, in locum ſperandæ ſibi ſaluationis, à miſericordia tua. ℞ Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui ex omnibus periculis Inferni, & de laquei pænarum, & ex omnibus tribulationibus. ℞. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Enoch, & Eliam de communi morte Mundi. ℞. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Noè de diluuio. ℞. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Abraham de Vr Caldæorum. ℞. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Iob de paſſionibus ſuis. ℞. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Iſaac de hoſtia, & de manu Patris ſui Abrahæ. ℞. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut libeberaſti Loth de Sodomis, & de flamma ignis. ℞. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Moyſen de manu Pharaonis Regis Ægyptiorum. ℞. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Danielem de Lacu Leonum. ℞. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut libera-

-ſti tres pueros de camino ignis ardentis, & de manu Regis iniqui. ℟. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Suſannam de falſo crimine. ℟. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Dauid de manu Regis Saul, & de manu Goliæ. ℟. Amen.

Libera Domine, animam ſerui tui, ſicut liberaſti Petrum, & Paulum de carceribus ℟ Amen.

Et ſicut Beatiſſimam Theclam Virginem, & Martyrem tuam, de tribus attrociſſimis tormentis liberaſti, ſic liberare digneris animam huius ſerui tui, & tecum facias in bonis congaudere cæleſtibus. ℟. Amen.

Oremus.

COmmendamus tibi Domine animam famuli tui N. precamurque te Domine Ieſu Chriſte Saluator Mundi, vt propter quam ad terram miſericorditer deſcendiſti. Patriarcharum tuorum finibus inſinuare non renuas. Agnoſce Domine creaturam tuam, non à Dijs alienis creatam, ſed à te ſolo Deo viuo, & vero, quia non eſt alius Deus præter te, & non eſt ſecundum opera tua. Lætifica Domine animam eius in conſpectu tuo, & ne memineris iniquitatum eius antiquarum, & ebrietatum, quas ſuſcitauit furor, ſiuè feruor mali deſiderij. Licet enim peccauerit, tamen Patrem, & Filium,

lium, & Spiritum Sanctum non negauit, sed credidit, zelum Dei in se habuit, & Deum, qui fecit omnia fideliter adorauit.

DElicta iuuentutis, & ignorantias eius, quæsumus, ne memineris Domine; sed secundum magnam misericordiam tuam, memor esto illius in gloria claritatis tuæ. Aperiantur ei Cæli, collætentur illi Angeli. In Regnum tuum Domine seruum tuum suscipe. Suscipiat eum Sanctus Michael Arcangelus Dei, qui Militiæ Cælestis meruit Principatum. Veniant illi obuiam Sancti Angeli Dei, & perducant eum in Ciuitatem Cælestem Ierusalem. Suscipiat eum Beatus Petrus Apostolus, cui à Deo claues Regni Cælestis traditæ sunt. Adiuuet eum Sanctus Paulus Apostolus, qui dignum fuit esse vas electionis. Intercedat pro eo Sanctus Ioannes electus Dei Apostolus, cui reuelata sunt secreta Cælestia. Orent pro eo omnes Sancti Apostoli, quibus à Domino data est potestas ligandi, atque soluendi. Intercedant pro eo omnes Sancti, & Electi Dei, qui pro Christi nomine tormenta in hoc sæculo sustinuerunt: vt vinculis carnis exutus, peruenire mereatur ad Gloriam Regni Cælestis; præstante Domino nostro Iesu Christo. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto, viuit, & regnat in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

Sequentia ✠ Sancti Euangelij ✠ secundum Ioannem. ✠

℟. Gloria tibi Domine.

SVbleuatis oculis in Cælum Iesus dixit: Pater venit hora clarifica filium tuum; vt filius tuus clarificet te: sicut dedit ei potestatem omnis carnis; vt omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna; Vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram, opus consumaui, quod dedisti mihi: vt faciam, & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui priusquam Mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de Mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia omnia: quæ dedisti mihi, abs te sunt, quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro eis, quos dedisti mihi, quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in Mundo, & hi in Mundo sunt, & ego ad te venio. Pater Sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi; vt sint vnum, sicut, & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui, & nemo ex eis perijt, nisi

filius

filius perditionis, vt ſcriptura impleatur. Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in Mundo; vt habeant gaudium meum impletum in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonem tuum, & Mundus eos odio habuit, quia non ſunt de Mundo, ſicut, & ego non ſum de Mundo. Non rogo, vt tollas eos de Mundo, ſed vt ſerues eos à malo. De Mundo non ſunt, ſicut, & ego non ſum de Mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in Mundum, & ego miſi eos in Mundum: Et pro eis ego ſanctifico me ipſum, vt ſint, & ipſi ſanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, ſed & pro eis, qui crediturí ſunt per verbum eorum in me; vt omnes vnum ſint, ſicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipſi in nobis vnum ſint, vt credat Mundus, quia tu me miſiſti. Et ego claritatem, quam dediſti mihi dedi eis, vt ſint vnum, ſicut, & nos vnum ſumus. Ego in eis, & tu in me; vt ſint conſummati in vnum, & cognoſcat Mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut, & me dilexiſti. Pater quos dediſti mihi volo, vt vbi ſum ego, & illi ſint mecum; vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi, quia dilexiſti me, ante conſtitutionem Mundi. Pater iuſte. Mundus te non cognouit. Ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me miſiſti. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio,

qua

qua dilexisti me , in ipsis sit , & ego in ipsis .

Paßio Domini Nostri Iesu Christi secundum Ioannem .

IN illo tempore , egressus est Iesus cum Discipulis suis trans Torrentem Cedron , vbi erat Hortus,in quem introiuit Ipse,& Discipuli eius . Sciebat autem , & Iudas , qui tradebat eum , locum,quia frequenter Iesus,conuenerat illuc,cum Discipulis suis. Iudas ergo,cum accepisset cohortem,& à Pontificibus, & Pharisæis Ministros, venit illuc,cum lanternis,& facibus,& armis. Iesus itaque , sciens omnia , quæ ventura erant , super eum processit,& dixit eis : Quem quæritis ? Responderunt ei : Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus; Ego sum : Stabat autem , & Iudas , qui tradebat eum,cum ipsis. Vt ergo dixit eis , Ego sum,abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram . Iterum ergo,interrogauit eos . Quem quæritis;Illi autem dixerunt : Iesum Nazarenum . Respondit Iesus; Dixi vobis , quia ego sum ; si ergo me quæritis , sinite hos habire . Vt impleretur sermo,quem dixit : Quia quos dedisti mihi , non perdidi ex eis quemquam.Simon ergo Petrus : habens gladium, eduxit eum;& percussit Pontificis seruum; & abscidit auriculam eius dexteram . Erat autem nomen seruo , Malchus . Dixit ergo Iesus , Petro ; Mitte gladium tuum in vaginam, Calicem,quem dedit mihi Pater,non vis,vt bibam illum?Cohors

ergo,

ergo,& tribunus,& ministri Iudæorum, comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum, erat enim socer Caiphæ, qui erat Pontifex anni illius. Erat autem Caiphas, qui consilium dederat Iudæis; Quia expedit, vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum, Simon Petrus, & alius Discipulus. Discipulus autem ille, erat notus Pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis: Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo Discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum. Dixit ergo Petro, ancilla ostiaria. Numquid, & tu ex Discipulis es hominis istius? Dixit ille: Non sum. Stabant autem serui, & ministri ad prunas; quia frigus erat, & calefaciebant se? erat autem cum eis, & Petrus stans, & calefaciens se: Pontifex ergo, interrogauit Iesum, de Discipulis, & de doctrina eius. Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum Mundo, ego semper docui in Synagoga, & in Templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occultè locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt, quid locutus sum ipsi, ecce hi sciunt, quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens: Si respondens Pontifici? Respondit ei Iesus; Sic malè locutus sum, testimonium perhi-

bé

be de malo, ſin autem benè, quid me cædis. Et miſit eum. Annas, ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei: Numquid, & tu ex Diſcipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non ſum. Dicit ei, vnus ex ſeruis Pontificis, cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculam. Nonnè ego te vidi in Horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus: & ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo Ieſum, à Caipha, in Prætorium. Erat autem mane, & ipſi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit. Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt, & dixerunt ei: ſi non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus. Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram, iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi. Nobis non licet interficere quemquam. Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit; ſignificans, qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum in Prætorium Pilatus, & vocauit Ieſum, & dixit ei. Tu es Rex Iudæorum? Reſpondit Ieſus; A temetipſo hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Reſpondit Pilatus; numquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi: quid feciſti? Reſpondit Ieſus. Regnum meum, non eſt de

hoc

hoc Mundo: si ex hoc Mundo esset Regnũ meum, Ministri mei vtique decertarent, vt non traderet Iudæis, nunc autem Regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus; ergo Rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in Mundum; vt testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis; Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis; vt vnum dimittam vobis in Pascha; vultis ergo dimittam vobis, Regem Iudæorum? Clamauerunt ergo rursum omnes dicentes; Non hunc, sed Barabbam: Erat autem Barabbas latro. Tunc ego apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites, plectẽtes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius; & veste purpurea circumdederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant; Aue Rex Idæorum; & dabant ei alapas. Exiuit ergo iterum Pilatus foras; & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras; vt cognoscatis, quia nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo Iesus, portans Coronam spineam, & purpureum vestimentum; Et dicit eis; Ecce Homo. Cum ergo, vidissent eum, Pontifices, & ministri clamabant, dicentes; Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus; Accipite eum vos, &

cruci-

crucifigite; ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Cùm ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est Prætorium iterum, & dixit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem, responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris? nescis, quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea, qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus, dimittere eum Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: Omnis enim, qui se regem facit; contradicit Cæsari. Pilatus autem, cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos. Hæbraicè autem, Gabbata. Erat autem Parasceue Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce Rex vester. Illi autem clamabant; Tolle, tolle Crucifige eum. Dicit eis Pilatus Regem vestrum crucifigam? Responderunt Pontifices; Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur, susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. Et baiulans sibi Crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ locum, Hæ-
braicè

braicè autem, Golgotha; vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc,& hinc,medium autem Iesum: ſcripſit autem,& titulum Pilatus,& poſuit ſuper Crucem. Erat autem ſcriptum; I. N. R. I. Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia propè Ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus, & erat ſcriptum Hæbraicè, Grecè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato, Pontifices Iudæorum; noli ſcribere Rex Iudæorum, ſed quia ipſe dixit. Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus; quod ſcripſi,ſcripſi. Milites ergo, cum crucifixiſſent eum acceperunt veſtimementa eius, & fecerunt quatuor partes; vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconſutilis,deſuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa, cuius ſit. Vt ſcriptura impleretur,dicens. Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in veſtem mea miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt Stabant autem iuxta Crucem Iaſu Mater eius,& ſoror matris eius. Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus Matrem, & Diſcipulum ſtantem, quem diligebat, dicit Matri ſuæ, Mulier ecce filius tuus. Deinde dicit Diſcipulo; Ecce Mater tua. Et ex illa hora accepit eam Diſcipulus in ſua: Poſtea ſciens Ieſus,quia omnia conſumata ſunt; vt conſumaretur ſcriptura,dixit; Sitio.

Vas

Vas ergo positum erat, aceto plenum; Illi autem spongiam, plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit; Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum: Iudæi ergo (quoniam Parasceue erat) vt non remanerent in Cruce Corpora Sabbato (erat n. magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum, vt frangerũtur eorum crura, & tollerentur; Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo; Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura; sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit; & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc: vt scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt, in quem transfixerunt. Post hæc autem rogauit Pilatum, Ioseph ab Arimathæa (eo quod esset Discipulus Iesu, occultus autem, propter metum Iudæorum) vt tolleret Corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit Corpus Iesu. Venit autem, & Nicodemus, qui venerat ad Iesum, nocte primum, ferens mixturam Myrrhæ, & Aloes, quasi libras ceutum. Acceperunt ergo, Corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis, cum aromatibus,

bus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo, propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

Oratio ad Dominum Iesum Christum de singulis articulis Paßionis eius, dicenda à moriente, vel ab alio pro eo.

℣. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

℟. Quia per Sanctam Crucem tuam redemisti Mundum.

DEVS, qui pro redemptione Mundi voluisti nasci, circumcidi, à Iudæis reprobari, à Iuda traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, à falsis testibus accusari, flagellis, & opprobrijs vexari, sputis conspui, spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, vestibus exui, Cruci clauis affigi, in Cruce leuari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, & lancea vulnerari. Tu Domine per has Sanctissimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per Sanctam Crucem, & Mortem tuam libera me, (*vel si alius dicit pro eo*) libera famulum tuum N. à pœnis Inferni, & perducere digneris, quò perduxisti la-

tronem tecum Crucifixum. Qui cum Patre,&c.

IEsu, Domine Deus noster, propter nomen tuum adiutor, & saluator esto huic animæ, & lumen sanctæ fidei, ei infunde, vt læta veniat ad te. Exurge, bone Iesu, in adiutorium eius, & ne repellas eam in finem; Suscipe illam, & ne confundas eam ab expectatione sua; conuerte faciem tuam, & ab æterna damnatione libera eam; succurre illi, ne opus manuum tuarum pereat, sentiat quæso, auxilium gratiæ tuæ, vt tecum sit, & tecum viuat in æternum. Qui cum Deo Patre, &c.

Oratio ad Beatam Virginem Mariam.

SVccurre ei, Domina pijssima, Sanctissima Virgo Maria, in omnibus necessitatibus suis semper, & vbique, in præsentibus angustijs, & tribulationibus suis, in transitu animæ suæ à corpore, & conuerte tribulationem, & angustiam suam in gaudium, & exultationem animæ suæ. Adiuua eum, Domina Sanctissima Maria, & libera eum à Principe tenebrarum, & à nequitijs, & erroribus eius, & intercede, Sanctissima Virgo, vt bonum finem, & perseuerantiam Sanctam, consequi mereatur. Deprecare benignissimum Filium tuum, verum Deum, & verum Hominem; vt ipse suscipiat animam eius in pace, qui ex te suscepit carnẽ suam Sanctissimam, & immaculatam sine virili commixtione; Iesus Christus Dominus noster. Qui cum Patre,&c.

Tres piæ Orationes ad Iesum.

DOmine Iesu Christe, per tuam Sanctissimam Agoniam, & Orationem, qua orasti pro nobis, in Monte Oliueti, quando factus est sudor tuus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram obsecro te; vt multitudinem sudoris tui sanguinei, quem præ timoris angustia, copiosissimè pro nobis effudisti, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti, contra multitudinem omnium peccatorum huius famuli tui N. & liberam eum, in hac hora mortis suæ, ab omnibus pænis; & angustijs, quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Aue Maria.

DOmine Iesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in Cruce: obsecro te, vt omnes amaritudines passionum, & pænarum tuarum, quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in Cruce, & maximè in illa hora, quando Sanctissima Anima tua, egressa est de Corpore tuo Sanctissimo, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti, pro anima huius famuli tui N. & libera eum, in hac hora mortis, ab omnibus peccatis, & passionibus; quas pro peccatis suis se timet meruisse. Qui cum Patre, &c. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Aue Maria.

DOmine Iesu Christe, qui per os Prophetæ dixisti, in charitate perpetua dilexi te; ideò attraxi te miserans: obsecro te; vt eadem charitatem tuam, quæ te de Cælis in terram, ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti, pro anima huius famuli tui N. & libera eum, ab omnibus passionibus, & pænis, quas pro peccatis suis timet se meruisse. Et salua animam eius, in hac hora exitus sui. Aperi ei ianuam vitæ, & fac eum gaudere, cum Sanctis tuis, in gloria æterna. Et tu pijssime, Domine Iesu Christe, qui redemisti nos pretiosissimo sanguine tuo, miserere animæ huius famuli tui, & eam introducere digneris ad semper virentia, & amena loca Paradisi, vt viuat tibi, amore indiuisibili, qui à te, & ab electis tuis numquam separari potest. Qui cum Patre, &c. Kyrie eleison, &c. vt supra.

Orationes dicendæ super Agonizantes.

O Sancta Trinitas Pater, Filij, & Spiritus alme, omnipotens, æterne Deus, tua immensa attracti, ac moti pietate, pro anima famuli tui N. nunc in extremis laborantis, te deprecari compellimur, & ipsam, Sanctissime Domine, tuæ pijssimæ omnipotentiæ commendamus; vt illam ab insidijs, aspectu quoque, & terrore dæmonum custo-

custodiendo tuearis, ne fidem repentè perdens, quam tenuit, pijssimæ desperationis labatur in foueam, ne diffidentiæ tentationibus cedat, ne præteritorum scelerũ, recordatione desperet. Exaudi Rex gloriose, propter tuam suauissimam, & clementissimam bonitatem, pro ea interpellantes. Exaudi (inquam) per Orationes Patriarcharum, per merita Prophetarum, per suffragia Apostolorum, per victoriam Martyrum, per fidem Confessorum, per Virginum puritatem, per deuotam intercessionem omnium, qui tibi ab initio placuerunt, & tecum modò reguantes, inexcogitabili felicitate, lætantur. Ab ipsa Domine iactantiam repelle, tribue compunctione, suscita fletum, cor eius mollifica, ab omnibus insidijs inimici, illam tuere, fidei tuæ lumine confirma, gratiæ tuæ infunde charitatem, vt in te, Rex omnipotens, & in tua pietate confidens, omnium culparum, vera contritione, ab infimis visceribus concutiatur Clementissime Domine, omnia iniqua desideria ab illa rescinde, ignea tela diaboli extingue, largire fontem lacrymarum, quibus iniquitatum suarum tergat maculas, vincula disrumpat. Fac eam Domine, salubriter petere audire, quæ petit, atque celeriter exaudi. Si piè respicis, viuet; si despexeris, perijt. Si iustitia vteris, ante oculos tuos mortua fætet; si misericorditer (vt tuam bo-

DOmine Iesu Christe, qui per os Prophetæ dixisti, in charitate perpetua dilexi te; ideò attraxi te miserans; obsecro te; vt eadem charitatem tuam, quæ te de Cælis in terram, ad tolerandas omnium passionum tuarum amaritudines attraxit, offerre, & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti, pro anima huius famuli tui N. & libera eum, ab omnibus passionibus, & pænis, quas pro peccatis suis timet se meruisse. Et salua animam eius, in hac hora exitus sui. Aperi ei ianuam vitæ, & fac eum gaudere, cum Sanctis tuis, in gloria æterna. Et tu pijssime, Domine Iesu Christe, qui redemisti nos pretiosissimo sanguine tuo, miserere animæ huius famuli tui, & eam introducere digneris ad semper virentia, & amena loca Paradisi, vt viuat tibi, amore indiuisibili, qui à te, & ab electis tuis numquam separari potest. Qui cum Patre, &c. Kyrie eleison, &c. vt supra.

Orationes dicendæ super Agonizantes.

O Sancta Trinitas Pater, Filij, & Spiritus alme, omnipotens, æterne Deus, tua immensa attracti, ac moti pietate, pro anima famuli tui N. nunc in extremis laborantis, te deprecari compellimur, & ipsam, Sanctissime Domine, tuæ pijssimæ omnipotentiæ commendamus; vt illam ab insidijs, aspectu quoque, & terrore dæmonum

custo-

custodiendo tuearis, ne fidem repentè perdens, quam tenuit, pijssimæ desperationis labatur in foueam, ne diffidentiæ tentationibus cedat, ne præteritorum scelerũ, recordatione desperet. Exaudi Rex gloriose, propter tuam suauissimam, & clementissimam bonitatem, pro ea interpellantes. Exaudi (inquam) per Orationes Patriarcharum, per merita Prophetarum, per suffragia Apostolorum, per victoriam Martyrum, per fidem Confessorum, per Virginum puritatem, per deuotam intercessionem omnium, qui tibi ab initio placuerunt, & tecum modò regnantes, inexcogitabili fœlicitate, lætantur. Ab ipsa Domine iactantiam repelle, tribue compunctione, suscita fletum, cor eius mollifica, ab omnibus insidijs inimici, illam tuere, fidei tuæ lumine confirma, gratiæ tuæ infunde charitatem, vt in te, Rex omnipotens, & in tua pietate confidens, omnium culparum, vera contritione, ab infimis visceribus concutiatur. Clementissime Domine, omnia iniqua desideria ab illa rescinde, ignea tela diaboli extingue, largire fontem lacrymarum, quibus iniquitatum suarum tergat maculas, vincula disrumpat. Fac eam Domine, salubriter petere audire, quæ petit, atque celeriter exaudi. Si piè respicis, viuet; si despexeris, perijt. Si iustitia vteris, ante oculos tuos mortua fætet; si misericorditer (vt tuam bo-

nitatem decet) aſpexeris, à deſperationis barathro reuocatur. Reſpice Domine Sancte Pater, Filij tui vulnera, & cruorem. Domine Ieſu Chriſte, Rex pijſſime, qui veniſti redimere perditos; noli damnare redemptos. Da illi, Domine, cor pium, quod te timeat, ſenſum vigilem, qui te intelligat; ſimplicem oculum, & intentionem rectam, qua te ſequatur. Domine Ieſu Chriſti. Fili Patris miſericordiarum, & Reginæ miſericordiæ, glorioſæ Virginis Mariæ: animæ huius famuli tui miſerere, & eam de maieſtatis tuæ ſede, clementer aſpiciens, ab illa repelle tenebras, & eam ſplendoribus tuæ claritatis illuſtra. Clementiſſime Domine Ieſu, à tua pietate, culparum eius remiſſionem, humiliter petimus, qui Deo Patri, Mundum, tuo cruore gratum, redidiſti. O fons pietatis, non conſueuiſti eſſe crudelis: Tuæ dilectiſſimæ Genitricis preces, ne ſpernas. O Glorioſa Regina Mundi, Maria Virgo pulcherrima: Virgo miſericors, quæ genuiſti Regem, velut Roſa decora, illos tuos miſericordes oculos ad ſeruum tuum N. miſericorditer conuerte. Tu, quæ peccatorum, aduocata prædicaris, prima eorum ſpes, quæ nulli claudere potes ſinum tuæ pietatis. O miſericordiæ Mater: ecce tempus patrocinandi, quando famulus tuus N. Iudicem iratum ſentiens, protectionis tuæ gratiam efflagitat. Eia ergo Aduocata

uocata nostra, occurre ei velociter. O Gabriel Archangele, qui salutem Mundo nunciasti, Sancte Michael, qui draconem Acherontis expugnasti. O Sancte Raphael, qui filium Tobiæ iusti salubriter deduxisti. O Angele Custos huius Dei seruuli. O Cælestis Angelorum omnium Chori, necnon Patriarcharum, Prophetaruam, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Sacerdotum, Leuitarum, Monachorum, Eremitarum, Virginum, omniumq; iustorum: per amorem ineffabilem, Agni Immaculati, Iesu Christi, Regis vestri, qui vos de Mundo elegit, cuius læta visione gaudetis: vos pro huius nostri fratris anima deprecamur, vt eam vestris precibus, iuuare dignemini: quatenus à diaboli faucibus erepta, saluetur, & vestræ iucundissimæ societati læta iungatur. O Rex clementissime, Deus omnipotens Saluator Mundi Iesu pie, qui omnium in te sperantium, misereri consueuisti, propter orationes Dei Genitricis, & omnium Sanctorum Angelorum, & electorum Dei, famulo tuo N. quæsumus, miserere, quatenus in Passionis tuæ merito, ac Sanguine, à peccatorum suorum, maculis ablutus, æternaliter in tuo Regno glorietur. Amen.

O suauissime Domine Iesu Christe, beatorum requies, & omnium in te sperantium, salus iucundissima, qui in nocte diræ Passionis tuæ ad Patrem

orasti dicens; Pater, si possibile est transeat à me Calix iste, veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat, quique illa hora, in tanta fuisti angustia; vt de Pretioso Corpore tuo, Sanguis effluerett: precamur te, bone Iesu: quatenus animam famuli tui N. tua solita pietate iuues; vt pro suis delictis conteratur, & moueatur ad pęnitentiam salubrem: vt in hac hora tremenda, in occursu aduersarij, non paueat, nec in aduentu, aut aspectu tuo, iudex tremende, accusante conscientia, contremiscat; sed potius faciem tuam, in iubilo videns lætetur: te prestante Iesu Christe cuius est passione redemptus. Amen.

O dulcissime Rex Iesu pie, qui in tuæ Passionis horrenda nocte, à discipulis tuis destitutus, inter aduersarios tuos, solus stetisti: tuæ pietati supplicamus vt animam serui tui N. in suo obitu, solam non relinquas, in manibus iniquorum dæmonum, auxilio tuo destitutam; sed tua virtute, & tuorum Angelorum Sanctorum societate, securam, ad locum tuæ beatissimæ visionis, per Sanguinis tui virtutem, lætanter deducas. Amen.

O Domine Iesu Christe, decus, & gloria Sanctorum, qui pendens in Cruce, pro tuis diris crucifixoribus, Patrem rogasti dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, tuam pietatem precamur pie Iesu, vt in mente famuli tui N. orationis

tionis tuæ, renouare digneris affectum, quatenus offensarum omnium, ab æterno Patre veniam consequatur. Et sicut, tunc exauditus fuisti, tu Domine, ac Rex, sic nunc, cum Patre, seruos, ac milites tuos, exaudire digneris, pro famulo tuo N. qui nescit, quid faciat, dum fidei, & sensus exiguitate tepescit. Rogamus, pie Iesu, vt in obitu eius, omnia sua peccata dimittas, & eum, pro tuæ duræ Passionis merito, ad Angelorum consortia deducas. Amen.

O Sacratissime, Domine Iesu Christe Saluator, qui propter nostra scelera abolenda, post crudelia verba, post pudibunda opprobria, post irrisiuam, & afflictiuam aculeorum Coronam in Cruce nudus, instar latronis, affigi elegisti: exoramus te pie, per has tuas Passiones; vt animam famuli tui N. in extremis laborantis, suorum peccatorum, dolorosa confessione, verberes, vera contritione, confundas, & vero timore, corones, & in cruce tua omnes sensus mentales eius effigas; quatenus, sic totus à te, spiritualiter vulneratus, tuorum vulnerum merito, omnium delictorum suorum, veniam consequatur, & ad gaudia Cælestia perducatur. Amen.

O Gloriosissime Rex, Iesu Christe, Angelorum dulcedo, qui affixus pro nobis, veram fidei lucem cordi latronis infudisti; vt te verum Deum, &

ve-

verum Hominem fateretur, dum clamauit. Memento mei Domine, dum veneris in Regnum tuum; Maiestatem tuam, suppliciter exoramus, vt famulo tuo N. in extremis laboranti, conseruare digneris, veræ fidei Sacramentum, vt Sacratissimæ tuæ Passionis merito, tua veritate, tuoque amore lorciatus, in suo obitu, spiritus immundos, nequaquàm vereatur, sed tuam perpetuam gloriam, adeatiubilanter. Amen.

O clementissime Domine Iesu, Verbum æterni Patris, & Fili Virginis Gloriosæ, qui Mundum visibiliter deserens, & solitudini maternæ compatiens ei dilectum Discipulum, in filium adoptasti: humiliter tuæ maiestati supplicamus per merita tuæ Passionis, & eiusdem tuæ inclytæ Matris, preces, nec non tui dilecti Discipuli; quatenus digneris, in animam huius serui tui, spiritum tuæ charitatis infundere, in quo, tibi cohærendo, Deo Patri adoptetur in Filium. Committe quæsumus, de Throno gloriæ tuæ, huius famuli tui N. animam clementissimæ tuæ Matri; quatenus in mortis agone non paueat, sed virginalibus, tibi manibus, præsentata, clementer suscipiatur à te, in tua gloria, cum Sanctis tuis, collocanda. Amen.

O Clementissime Domine Iesu, Corona certantium, qui moriturus in Cruce docuisti nos compendiosè, tempore mortis orare, dicens. Pater

ter in manus tuas, commendo ſpiritum meum, tuæ Maieſtati ſupplicamus, vt Spiritus Sancti virtute, eamdem orationem menti famuli tui N. digneris imprimere; vt in ea perſonet ſemper, & in hac extrema hora eius ſentiat effectum, in tuas Sanctiſſimas Manus, ſuam animam comendando. Amen.

O miſericordiſſime, Domine Ieſu generis humani reparator, qui in die tuæ acerbiſſimæ Paſſionis, in neruorum contractione, oſſium compreſſione, ſpinarum punctione, pænam acerbiſſimam tuliſti, & latus tuum vnde ſanguis, & aqua flueret, aperiri voluiſti: deprecamur Domine, vt animam famuli tui N. virtutum ſplendore illuſtres, & ſpinarum tuarum merito, illi tribuas, de offenſis, ab eo, tibi illatis, dolere vehementer; vt omnia eius delicta, tuæ Paſſionis accerbitate, deleantur, & ad Angelorum ſocietatem (te ducente) valeat peruenire. Amen.

O Clementiſſime Domine Ieſu Chriſte, qui pro nobis in Cruce mori dignatus es, te precamur, vt omnes tuas Paſſiones, & amaritudines: quas pro nobis miſeris, in duro ligno tuliſti, præſertim, quando Sanctiſſima Anima tua de virgineo, & puriſſimo habitaculo tui corporis egreſſa eſt, offerre, & oſtendere digneris, Deo Patri omnipotenti, contra omnes pænas, & paſſiones ſerui tui N. & liberare eum digneris, in hoc ſuo tranſitu, ab omni-

omnibus passionibus, & pænis, quas pro peccatis suis, se contraxisse timet. Amen.

O misericordissime, Domine Iesu Christe, qui prophetico ore dixisti, in charitate perpetua dilexi te: ideò attraxi te, miserans tui: humiliter supplicamus, quatenus eamdem charitatem, quæ te de Cælo traxit ad terras laboraturum pro nobis moriturum, offerre, & ostendere digneris, Deo Patri omnipotenti, contra omnes huius famuli tui N. Passiones, & pænas, quas pro suis sceleribus meretur, & animam eius in suo obitu, per manus Sanctorum Angelorum excipere. Aperi illi, benignissime Iesu, ianuam vitæ, & regni syderi, & in eo, illum fac cum Sanctis tuis, perpetua felicitate lætari. Amen.

O Pijssime Dei: Hominumque mediator, Iesu Christe, qui debitas, nobis pænas, in tuo passibili Corpore, pro nostra salute tulisti, & vt eas gustares amariores, in hora tuæ Passionis, deitatis, rationisque solatium à tuis sensibus sustulisti, eos destitutos, omni consolatione, in doloribus linquens, dum clamasti. Deus meus, Deus meus; vt quid dereliquisti me? oramus tuam pietatem, vt animam serui tui N. tua suauissima consolatione foueas, erigas, & lætifices: Nanque si deserueris illum, pastor æterne, mox lupus rapax diabolus, in eum irruet crudelis, & ouem, quam tuo

San-

Sanguine quæsiuisti, iugulabit. Et si (demeritis suis exigentibus) à te deseri meretur; te nihilominus, propter tuam pietatem, rogamus; ne illum tradas, aduersarijs diffidentiæ, & desperationis stimulis, affligendum, nec ad gratiam tuam, durum, aut insensibilem effici patiaris; sed per charitatis tuæ gratiam viuens, & absentiæ tuæ, amaritudinem sentiens, pia voce, gemendo, clamet ad te Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Tu autem, pijssime Pater, ac bone Pastor, tua suaui pietate, succurre, qui eum tibi tuo Sanguine redemisti. Amen.

Perfectissime, Dei, Hominumque mediator, Iesu Christe Saluator, qui præ solis ardore, & tormentorum asperitate, ac Sanguinis tui effusione, corporalem sitim, in duro ligno tulisti, dum clamasti. Sitio, tuam precamur maiestatem, vt animam famuli tui N. illo nunc amoris igne digneris adurere, quem in terris, mittere venisti, vt cunctis vitijs exsicatis anima eius, & caro, tuæ charitatis igne succensa, te solum sitiat te diligat, te perquirat, vt te inueniens, te fruatur. Amen.

Sacratissime, Domine Iesu Christe, omne bonum complens, atque consumans, qui gustato aceto, dixisti. Consumatum est, & inclinato capite, spiritum Deo Patri reddidisti: supplicamus tuæ Maiestati, pro anima famuli tui N. laborantis

in

in mortis agone, quatenus illi fidei lumen, & gratiæ tuæ, sanitatem, infundas, vt horam extremam, in tua sancta charitate finire, & tibi dicere valeat. Ecce clementissime Iesu nunc ad te venio, tua melliflua voce meum spiritum, suscipi iube in æternam claritatem. Amen.

O clementissime Iesu, solatium miserorum, tu nostra peccata, in tuo corpore portasti, quia tu es vere Deus, de quo dixi Isaias, languores nostros, ipse tulit, & dolores nostros, ipse portauit, adeò vt in tuo virgineo pulcherrimo corpore, à planta pedis vsque ad verticem capitis sanitas vlla non fuerit, & qui præ Filijs hominum eras speciosus, quasi leprosus videreris: per hanc tuam ineffabilem charitatem precamur pie Iesu, vt omnia peccatorum vulnera, in famulo tuo N. sanes; quatenus omnibus vitijs emendatus, ad te regem factorem suum, spirituali solatio, roboratus, lætus perueniat, & quem tuo Sanguine comparasti, & tuæ Passionis signo, idest, Sancta Cruce, muniri semper voluisti, ad tuam nunc felicissimam visionem omnium Passionum tuarum merito, comitantibus Sanctis Angelis, deducere digneris. Amen.

Orationes ad B. Mariam Virginem.

O Decus Cæli Virgo, Regis æterni, Mater intacta, propter illum, te rogamus terrorem, quo tuum cor temuit, quando dilectum tuum, &

aman-

amantiſſimum Filium Ieſum, ab impijs captum, ligatum, tractum ab amicis autem omnibus derelictum audiſti, vt ſeruulum tuum N. in extremis laborantem, & trementē, adiuues, vt de prȩteritis culpis veraciter conteratur, & cor eius, ſupernis ſplendoribus irradiatum, veraciter pæniteat; ne fortè in occurſu aduerſarij terreatur; aut in aſpectu tremendi Iudicis (accuſante conſcientia) contremiſcat, ſed potius, tuis precibus ſuffragantibus, faciem eius, in iubilo videns lætetur. Amen.

O Virginum ſuauiſſima, Dei genitrix Maria, Stella maris, per eas te rogamus lacrymas, & ſingultus, quibus tuum nobile, & maternum cor angebatur, quando tuam ſpem, Ieſum pulcherrimum, præſentatum Præſuli cognouiſti, innocentem accuſatum, & contumelijs illuſum, vt huic famulo tuo N. lacrymarum gratiam impetres, & fidei lumen indelebile; quo maculas omnes, delictorum ſuorum poſſit abluere. Et tu Mater miſericordiæ, cum nunc celerit adiuua, ne Satanas illudere, aut varijs tentationibus pro libito ſuæ iniquiſſimæ voluntatis, affligere, poſſit, aut tremebundo iudici, vinctum ſtatuere, ſed potius ſeipſum, per lumen fidei iudicet, & in præsēti, ac diſciplinis veræ pœnitentiæ, deuotè flagellet. Amen.

O ſola ſperantium omnium ſpes; Maria, Regina Cælorum: propter illas te precamur anguſtias,

quas

quas tuum pijssimum cor tulit, quando tuus Filius, & noster Dominus, Iesus Christus, Verbum æterni Patris, clamantibus, & vociferantibus Iudæis, Crucifige, Crucifige morti adiudicatus, & ignominioso Crucis suspendio additus est, quatenus subuenias, clementissima Regina, huic seruulo tuo N. in extremis laboranti, quia, & corpus eius infirmitatis dolore torquetur, & angustiatur anima; hinc dæmonum insidijs, hinc seueræ discussionis angustijs. Subueni (inquam) ò Mater pietatis, & gratiosissima Virgo, ne contra illum, feratur, mortis æternæ, sententia, aut flammis æternalibus tradatur, perpetuo cruciandus, sed tua potius intercessione, premia æterna consequatur. Amen.

O Clementissima Virgo Maria Dei Genitrix, propter illum, tibi supplicamus gladium doloris, qui tuam petransiuit Animam, cum dilectissimum tibi Filium, Iesum, nudum, & cruentum, & diris vulneribus confossum, in aera super Crucis ligno eleuatum, conspexisti, quatenus in hac hora terribili, huic famulo tuo N. sis adiutorium; vt compassionis gladio confodiatur, & vulneretur, lancea diuini amoris; ita vt omnium peccatorum, sanguis noxius, de corde eius effluat, vitijs mundetur, decoreturque virtutibus diuinis; quatenus toto desiderio, terrena relinquens, in Cælestia subleuetur, ad quæ lætanter (te duce) perueniat. Amen.

O Ma-

O Maria, tribulatorum, pijssima consolatrix, per illud te rogamus horribile tormentum, quod pene tuum cor, omnesque tuos sensus extinxit, quando filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, te Ioanni in Matrem, & Ioannem tibi in filium delegantem audiuisti, quatenus huic famulo tuo N. subuenire digneris, qui ad te inuocandam: assurgere non potest; quippè, quoniam oculi eius, luce priuantur, surdescunt aures, omnesque sensus obscurantur. O mater pietatis, preces nostras exaudi, quas auribus, tuæ pietatis offerrimus, atque famuli tui N. spiritum, Filio tuo commenda, quatenus tuo pio interuentu, terrores dæmonum, tormentaque non timeat; sed desideratam, Cælestis Patriæ, mansionem (te comite) lætus adeat. Amen.

O Decus, & gloria Virginum, Maria, Iesu Christi Mater; propter tuos, te rogamus eiulatus, quos imò pectore prorumpentes, abscondere non valebas, quando in amplexus Filij, de Cruce depositi, ruebas, & nitentes quondam genas, oraque rutilantia pallore mortis occupata, mirabaris; vt famulo tuo N. suffragari, veluti pia Mater digneris; quatenus sic de admissis criminibus doleat; vt eius anima mellifluis osculis, & amoris amplexibus, Domini Iesu Christi, in Beatorum Regno fruatur. Amen.

O Maria, Virgo pulcherrima, Virgo humillima, Virgo clementissima, Virgo gratiosissima: propter suspiria, atque lamenta inaudita, quibus tuum dulcissimum cor excruciabatur, quando animæ tuæ solatium, vnicum Iesum Filium tuum, & Saluatorem nostrum, sepolturæ tradi cernebas; adiuua famuli tui N. Animam, in hac lacrimarum valle laborantem, vt in egressu de corpore, virginalibus tuis manibus erepta, deducatur in Cælum. Amen.

Orationes in exitu vitæ ad Iesum Christum.

DOmine Iesu Christe, Fili Dei viui, & Redemptor Mundi, ego miser peccator, suppliciter rogo, immensam misericordiam tuam: vt mihi eam confessionem, in hora exitus mei, concedere digneris, quam latroni, tibi de Cruce confitenti, misericorditer concessisti. Præsta Domine, Deus meus, Rex pijssime, in hora exitus mei, vt Diuina vltio non veniat super me, & potestas, diabolica nõ occurrat mihi, nec noceat; sed (tua gratia largente) talem me dies extremus inueniat, qualem, me fons regenerationis exhibuit. Deprecor ineffabilem gratiam, & misericordiam tuam, pijssime Domine Iesu Christe: vt in hora exitus mei non denegas mihi miserrimo peccatori, tuam benignissimam opem, sed cum vera fide, certa spe, & sincera charitate, facias me ad gaudia æterna peruenire.

uenire. Qui viuis, & regnas, &c.

Ne reminiſcaris Domine delicta mea, vel parentum meorum, neque vindictam ſumas de peccatis meis, in extremis meis, & non ſinas intereſſe, & in me præualere diabolum, aut nouiſſima mea deterrere, poteſtatem tenebrarum, ſed præſta, per intercesſionem omnium Sanctorum tuorum; vt Angelo tuo præſente, tranſitus meus, de hoc ſæculo, ſpe firma regatur, fide catholica muniatur, ac totus ipſius animæ exitus in te, & ſecundum te fiat: nec intermiſcere ſe audeat, Angelus malus, aut locum inuadendi, habeat terra, & maligna cohors diaboli. Concedo mihi Domine; vt in illa die, & hora, qua animam meam, à corpore iuſſeris ſepararari, piam ſententiam mereatur audire, & Angeli Sancti, perducant eam, ad gaudium iuſtorum Amen.

Domine Ieſu Chriſte, tibi in hac hora, commendo animam meam, & ſicut pro me, dignatus es de Virgine naſci, Crucem pati, mori, ſepeliri, tertia die ab inferis reſuſcitare, & Cælos, quos numquam, tui numinis præſentia, deſeruiſti, voluiſti adire: ſic animam meam liberare digneris, ab æterna morte. Vltra quam dici fas eſt; me peccatorem, & reum eſſe confiteor: ſed tu qui omnium peccatorum indultor, atque clementiſſimus es: quique miſereris omnium, & nihil odiſti eorum,

quæ fecisti, dissimulans peccata hominum, ad te recurrentium, qui peccatoris facinora, in quacumque die, conuersus ad te fuerit, & ingemuerit, obliuioni in perpetuum tradis, qui peccantibus pepercisti, & mulieri, depræhensæ in adulterio dimisisti, & Magdalenæ remisisti, Petro lacrymanti relaxasti, & latroni confitenti Paradisi ianuam aperuisti: mihi peccatori veniam ne deneges delictorum. Quicquid vitiosam est, & quidquid in te peccaui mihi remitte, & animam meam, in æterna requie, refouere digneris. Tu enim es ille, cui non pereunt, moriendo, corpora nostra, sed mutantur in melius, qui animam, à corpore separare, & in meliorem vitam mittere, solitus es: Qui dixisti, te malle vitam peccatoris, quam mortem: Credo corde, & ore confiteor, quia idcircò animam meam ab hac vita, vis educere, vt post mortem meam, in meliori vita facias viuere: Quæ sensus, & intellectum, quem nunc habet in me, meliorem habebit, & quantum differt vmbra, ab homine, tanto meliora possidebit, in Cælesti regione: Domine Iesu, Christe, totius visceribus meis, tibi confiteor, & credo, quod tu Redemptor meus viuis, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo te Deum Saluatorem meum, & oculi mei te conspecturi sunt. Omnia terrena, mihi vilescunt, & ad te Deus

meus

meus propero, qui; quod oculus non vidit, non auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, præparaſti diligentibus te. Et eccè, in manus tuas, commendo ſpiritum meum, Redemiſti me Domine, Deus veritatis. Qui cum Patre, &c.

Ad B. M. Virginem.

COmmendo, S. Maria, maternæ pietati tuæ, extremam diem exitus mei, & deprecor te per Vnigenitum Filium tuum, Dominum noſtrum, Ieſum Chriſtum, vt in illa neceſſitate, piam viſitationem tuam, & conſolationem habere merear; & cum vltimò agone mortis, anima mea turbata fuerit, tu Domina Clementiſſima recordaberis animæ, & venire in adiutorium meum dignaberis, & liberare animam meam ab ira, & indignatione Filij tui, à confuſione perpetua, & ab æterna damnatione Filij tui, à confuſione perpetua, & ab æterna damnatione eripere procurabis. Defende animam meam, Sancta Maria, tua pijſſima protectione, à crudeli accuſatione, & perduc eam in ſinum Abrahæ, vbi eſt certa requies Beatorum Iuſtorum, Sancta, & Immaculata Virgo Maria, intercedere digneris pro me, ad illum, cuius meruiſti effici Templum; vt per orationes, & interceſſiones benignitatis tuæ. miſereatur mihi, pius, & miſericors Dominus. Qui viuit, &c.

Cum tempus expirandi inſtiterit, tunc ab omnibus circum-

stantibus, Orationi instandum est; Ipse verò moriens, vel si non potest; Sacerdos pro eo dicat clara voce, ita vt audiat.

Iesus. Iesus. Iesus.

In manus tuas Domine, commendo spiritum meum. Domine Iesu Christe suscipe spiritum meum.

Maria Mater gratiæ, Dulcis Parens clementiæ, tu me ab hoste protege, & hac hora mortis suscipe. Sancta Maria, ora pro me.

Egressa anima de corpore statim dicatur.

℟. Subuenite Sancti Dei, occurrite Angeli Domini; suscipiens animam eius offerentes eam in conspectu Altissimi.

℣. Suscipiat te Christus, qui vocauit te, & in sinum Abrahæ, Angeli deducant te.

℟. Suscipientes animam eius, &c.

℣. Requiem æternam dona ei Domine.

℟. Et lux perpetua luceat ei.

℣. Offerentes eam, &c. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. Et ne nos inducas, &c.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam eius.

℣ Requiescant in pace.

℟. Amen.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et

℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus voſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TIbi Domine commendamus animam famuli tui N. vt defunctus ſæculo tibi viuat, & quæ per fragilitatem humanæ conuerſationis, peccata commiſit: tu venia miſericordioſiſſimæ pietatis abſterge. Per Chriſtum, &c. ℟. Amen.

Deinde dicatur quinquies Pater noſter, & Aue Maria, *cum Pſalmo* De profundis, &c. & Oratio ſeq.

Oremus.

ABſolue, quæſumus Domine, animam famuli tui N. ab omni vinculo delictorum; vt in Reſurrectionis gloria, inter Sanctos, & Electos tuos, reſuſcitatus reſpiret. Per Chriſtum, &c.

Interim, detur cum Campana, ſignum tranſitus defuncti, vt audientes orent pro eo.

Exequiæ Defuncti.

Antequam cadauer efferatur de domo, Sacerdos indutus ſuperpelliceo, et Stolla nigra; illud aſpergat Aqua benedicta, mox dicat Antiph. Si iniquitates, *& Pſal.* De profundis, *&c. in fine* Requiem æternam dona ei, *&c. repet. Antiph. totà, deinde cadauer efferatur, & Sacerdos intonet Antiph.* Exultabunt Domino, *& ab alys dicatur Pſal.* Miſerere &c. *& ex Pſal. Grad. vel ex Officio Mortuorum, pre-*

prout longitudo itineris præstabit, in fine quorumcumque, dicatur Requiem *vtsup. & totum deuotè, distinctè, grauique voce recitandum est, vsque ad Ecclesiam.*

In ingressu Ecclesiæ, repetatur antiph. tota. Exultabunt Domino ossa humiliata, *deindè cantetur Resp.* Subuenite Sancti Dei: occurrite Angeli Domini, suscipientes animam eius, offerentes eam in conspectu Altissimi; Suscipiat te Christus, qui vocauit te, & in sinum Abrahæ, Angeli deducant te. Suscipientes, &c. Requiem æternam, &c. Et lux perpetua, &c. Offerentes &c. *Deposito feretro in medio Ecclesiæ; ita vt defuncti pedes (si fuerit laicus) sint versus Altare maius (si verò Sacerdos) caput sit versus ipsum Altare, & cereis accensis, dicatur Officium mortuorum, cum tribus Nocturnis, & Laudibus, vel saltem cum vno Nocturno, cum Laud. vel sine; vt est consuetudo. Dum tumulandus est, si erit post Missam solemnem; Sacerdos, deposita Planeta, & Manipulo accipiat Pluuiale nigri coloris, vel absq; illo; vt mos est: Subdiaconus accipiat Crucem, & se sistat medius inter duos Acolytos, cum candelabris, & candelis accensis, ad caput defuncti: cæteri veniat ordinatim, in gradu suo, cum candelis accensis, & stent in circuitu feretri; dum transeunt ante Altare, vbi est Sacramentum, genuflectant, ante alia verò faciunt reuerentiam; Tum Sacerdos; cum Diacono, & alijs Ministris, sistat se contrà Crucem, ad pedes defuncti, & si defunctus est Sacerdos, Minister se sistat ad caput eius, sed aliquantulum, versus cornu Epistolæ Altaris, ne terga*

ver-

vertat Altari, retro astantibus, ei à sinistris, duobus Acolytis, vno cum thuribulo, & nauicula Incensi, altero cum vase Aquæ benedictæ, & aspersorio; & Clerico tenente librum absolutè dicat sequentem Orationem.

NOn intres in Iudicium cum seruo tuo, Domine, quia nullus apud te iustificabitur homo, nisi per te, omnium peccatorum, ei tribuatur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua iudicialis sententia, premat, quem tibi vera supplicatio, fidei Christianæ commendat; sed gratia tua, illi succurrente, mereatur euadere iudicium vltionis, qui dum viueret, insignitus est signaculo Sanctæ Trinitatis. Qui viuis, &c.

Deindè cantetur seq. Resp.

LIbera me Domine, de morte æterna, in die illa tremenda. Quando Cæli mouendi sunt, & terra. Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

℣. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit atq; ventura ira. Quando Cæli mouendi sunt, & terra.

℣. Dies illa, dies iræ calamitatis, & miseriæ, dies magna, & amara valdè. Dum veneris iudicare sæculum per ignem.

℣. Requiem æternam, &c.

℟. Libra me Domine, &c.

Dum cantetur, prædictum responsorium Sacerdos, Acolyto, seù Diacono ministrante, accipiat Incensum de Naui-

Navicula, & ponat in Thuribulum, benedicens illud more solito: finito resp. dicatur. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. *Sacerdos dicat alta voce.* Pater &c. *Interim, dum ab alijs prosequitur secretò, ipse accipiat aspersorium aqua benedicta, à Ministro; profundè se Cruci inclinet, circumeat feretrum, & aspergat corpus defuncti; si transit ante Sacramentum, genuflectat, deindè accipiat thuribulum, cuius catenulæ, nec manus Sacerdotis osculantur, eodem modo, quo aspersit, corpus incenset; postea reuersus ad suum locum dicat.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.
℟. Sed libera nos à malo.
℣. A porta inferi.
℟. Erue Domine animam eius.
℣. Requiescant in pace.
℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium est, misereri, semper, & parcere: te supplices exoramus, pro anima famuli tui N. quam hodie, de hoc sæculo migrare iussisti; vt non tradas eam in manus inimici, nequè obliuiscaris in finem, sed iubeas eam, à Sanctis Anglis suscipi, & ad Patriam Paradisi perduci,

ci, vt quia in te ſperuit & credidit, non pænas Inferni ſuſtineat; ſed gaudia ſempiterna poſſideat. Per Chriſtum, &c.

Si eſt Sacerdos, dicatur famuli tui N. Sacerdotis &c. Poſtea deferatur, ad ſepulcrum, & cantetur ſeq. Antiph.

In Paradiſum deducant te Angeli: in tuo aduentu, ſuſcipiant te Martyres, & perducant te, in Ciuitatem Sanctam Ieruſalem. Chorus Angelorum te ſuſcipiat, & cum Lazaro quondam paupere, æternam habeas Requiem.

Intonetur Antiph. Ego ſum reſurrectio, *& dicatur Canticum,* Benedictus, &c. *& repetatur Antiph.*

Ego ſum reſurrectio, & vita, qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet, & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Kyrie, &c. Pater, &c. *Corpus aſpergatur Aqua benedicta.* Et ne nos inducas, &c. *vt ſupra.*

Oremus.

FAC, quæſumus Domine, hanc cum ſeruo tuo defuncto, miſericordiam: vt factorum ſuorum, in pænis non recipiat vicem, qui tuam in votis tenuit voluntatem, vt ſicut huic, eum vera fides iunxit fidelium turmis; ita illic, eum tua miſeratio, ſociet Angelicis choris. Per Chriſtum, &c. Amen. ℣. Animæ eius, & animæ omnium fidelium defunctorum, per miſericordiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Deinde

Deindè discendendo dicatur Antiph. Si iniquitates, &c. *cum Psal.* De profundis clamaui, &c.

Absolutio solemnis in die omnium fidelium Defunctorum.

Peracta Missa solemni, circumeuntur sepulchra, & prout sunt in numero, distribuuntur Responsoria Nocturnorum, Officij Defunctorum, in fine quorumcumque semper additur. Requiem æternam, &c. *cum reliquis* ℣. *&* ℟. *vt supra notatur, in Resp.* Libera me Domine, &c *& dicitur Oratio, iuxtà species, sexus, & conditiones defunctorum, si plures in plurali, si vnus in singulari, si fæmina adaptetur fæminino sensui; Vltima autem absolutio, facienda est ad lecticam mortuorum cum* ℟. Libera me, &c. *vt supra cum Oratione* Absolue, &c. *vt infra dicetur. Sepulturæ asperguntur, & incensantur ter, in medio, à dextris, & à sinistris. In fine vltimæ absolutionis tantum, quæ fit in medio Ecclesiæ, dicitur.* Requiescant in pace. Amen.

Aduertat etiam, Sacerdos, quod semper in omni absolutione, debet se sistere, inter Altare, & tumulum, seù lecticam mortuorum (absente corpore) aliquantulum versus cornu Epistolæ, ità vt Crucem, Subdiaconi respiciat; Crucifer verò versus Altare, ad pedes lecticæ, seù tumuli: Verum quia haud incongruum videtur, saltem ter, in omni Ecclesia, fundere hac die, preces pro defunctis; ideò pro nostris, hic ponuntur. Prima (si non aderit aliud sepulchrum) fieri poterit, ante Altare maius, secunda, ad tumulum fratrum,

trum, tertia verò, pro singulis defunctis, in medio Ecclesiæ.

Prima Absolutio, ante Altare maius.

℞ Domine, quando veneris iudicare terram, vbi me abscondam à vultu iræ tuæ? quia peccaui nimis in vita mea. ℣. Commissa mea pauesco, & ante te erubesco: dum veneris iudicare, noli me me condemnare. Quia peccaui, &c. Requiem &c. Quia peccaui, &c Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. Et ne nos, &c. A porta inferi, &c. Requiescant, &c. Domine exaudi, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus cui proprium est, misereri semper, & parcere, propitiare animabus famulorum, famularumque tuarum, & omnia eorum peccata dimitte, vt mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per Christum, &c. Amen. Requiem, &c.

Secunda Absolutio, ad tumulum fratrum.

Resp. Ne recorderis peccata mea Domine; dum veneris iudicare sæculum per ignem. Dirige Domine; Deus meus in conspectu tuo, viam; dum veneris, &c. Requiem æternam, &c. Dum veneris, &c. Kyrie, &c. vt sup.

Oremus.

DEus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, vt nostræ

con-

congregationis fratres, qui ex hoc sæculo transierunt; Beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Christum, &c. Amen. Requiem, &c.

Tertia absolutio pro singulis in medio Ecclesiæ.

Resp. Libera me Domine, de morte æterna, in die illa tremenda. Quando Cæli mouendi sunt, & terra. Dum veneris iudicare sęculum per ignem.

℣. Tremens factus sum ego, & timeo, dum discussio venerit atque ventura ira. Quando Cæli, &c. ℟ Dies illa, dies iræ, calamitatis, & miseriæ, dies magna, & amara valdè. Dum veneris, &c. Requiem æternam, &c. Libera me Domine, &c. Kyrie eleison, &c. vt sup.

Oremus.

ABsolue quæsumus Domine animas famulorum, famularumque tuarum, & omnium fidelium Defunctorum, ab omni vinculo delictorum; vt in resurrectionis gloria, inter Sanctos, & Electos tuos, resuscitati respirent. Per Christum, &c. Requiem, &c. Et lux, &c. Requiescant in pace, Amen.

Si suspersint sepulchra, dicantur hæc Resp. & si opus sit, reiterentur.

℟ Credo, quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die, de terra surrecturus sum. Et in carne

mea

mea videbo Deum Saluatorem meum.

℣. Quem visurus sum ego ipse, & non alius, & oculi mei conspecturi sunt, & in carne, &c. Kyrie, &c. Pater, &c. Et ne nos, &c. A porta inferi, &c. Requiescant, &c. Domine exaudi, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus, cuius miseratione, animæ fidelium requiescunt; famulis, & famulabus tuis, & omnibus, hic & vbique in Christo quiescentibus; da propitius veniam peccatorum: vt à cunctis reatibus absoluti: tecum sine fine lætentur. Per eumdem, &c. Requiem, &c.

℟. Qui Lazarum resuscitasti à monumento fætidum. Tu eis Domine dona requiem, & locum indulgentiæ.

℣. Qui venturus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Tu eis Domine, &c. Requiem, &c. Tu eis, &c. Kyrie, &c. vt sup.

DEus fidelium lumen animarum: adesto supplicationibus nostris, & da famulis, & famulabus tuis, quorum corpora, hic, & vbiq; in Christo requiescunt, refrigerij sedem, quietis beatitudinem, & luminis claritatem. Per eumdem, &c. Requiem, &c.

℟. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea: Nec aspiciat me visus hominis.

℣ De-

℣. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Nec aſpiciat &c. Requiem, &c. Nec aſpiciat, &c. Kyrie, &c. vt ſupra.

ANimabus, quæſumus Domine, famulorum famularumque tuarum, miſericordiam concede perpetuam, vt eis proficiat in æternum, quod in te ſperauerunt, & crediderunt. Per Dominum, &c. Requiem, &c.

℟. Hei mihi Domine: quia peccaui nimis in vita mea: quid faciam miſer? vbi fugiam, niſi ad te Deus meus? Miſerere mei, Dum veneris in nouiſſimo die. ℣. Anima mea turbata eſt valdè, ſed tu Domine ſuccurre ei. Miſerere mei, &c. Requiem, &c. Miſerere mei, &c. Kyrie, &c. vt ſupra.

SVpplices Domine, pro animabus famulorum, famularumque tuarum, preces effundimus, obſecrantes, vt quidquid conuerſatione, contraxunt humana, & clementer indulgeas, & in tuorum ſede lætantium, conſtituas redemptorum. Per Dominum, &c. Requiem, &c.

℟. Peccantem me quotidie, & non me pænitentem, timor mortis conturbat me: Quia in Inferno nulla eſt redemptio: miſerere mei Deus, & ſalua me. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in virtute tua libera me. Quia in Inferno, &c. Requiem, &c. Et lux &c. Miſerere mei, &c. Kyrie, &c. vt ſupra.

Deus,

DEus, cui ſoli competit, medicinam præſtare poſt mortem: præſta quæſumus, vt animæ famulorum famularumque tuarum, terrenis exutæ contagijs, in tuæ redemptionis parte, numerentur. Qui viuis, &c. Requiem, &c.

℟. Domine ſecundum actum meum noli me iudicare: nihil dignum in conſpectu tuo egi: ideò deprecor maieſtatem tuam, vt te Deus deleas iniquitatem meam. ℣. Amplius laua me Domine ab iniuſtitia mea, & à delicto meo munda me. Vt tu Deus, &c Requiem, &c. Vt tu Deus deleas, &c. Kyrie, &c. vt ſupra.

DEus indulgentiarum Domine: da animabus famulorum, famularumq; tuarum, quarum hodie, commemorationem facimus, refrigerij ſedem, quietis beatitudinē, & luminis claritatem. Per Dominum, &c. Requiem, &c.

℟. Libera me Domine de vijs Inferni, qui portas æreas confregiſti, & viſitaſti Infernum, & dediſti eis lumen, vt viderent te, qui erant in pænis brarum. ℣. Clamantes, & dicentes adueniſti redemptor noſter. Qui erant, &c. Requiem, &c. Qui erant, &c. Kyrie, &c.

FIdelium, Deus omnium conditor, & redemptor: animabus famulorum famularumq; tuarum remiſſionem cunctorum, tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs

I ſup-

supplicationibus consequatur. Qui viuis, &c. Requiem, &c.

Espositione publica del Santissimo Sacramento, come si debba fare.

PErche più volte, occorre l'esponere il Santissimo Sacramento, ò per publica, ò per priuata necessità: auertire si deue, che è molto indecente, il pratticare tale fontione, senza solennità, cerimonie, e diuotione: Per tanto, ogni qual volta, accaderà il bisogno, sarà cura del Sagrestano, d'apparare sopra l'Altare, vn Trono, ch'al possibile, habbia del maestoso, ma non tanto alto, che constringh'il Sacerdote, à salire sopra l'Altare (il che non conuiene, in modo alcuno, per molti rispetti) e d'illuminarlo, con numero non minore, di dodeci candele; oltre le laterali. S'oscureranno alquanto le finestre della Chiesa, e si farà vn segno con la Campana, dando tempo al Popolo, che vi possi concorrere.

Vscirà il Sacerdote, col Piuiale bianco, ò almeno, con la Cotta, & Stolla bianca (la quale quando si pone al collo, sopra la Cotta, richiede, che il Sacerdote, sempre si faccia, il segno della Santa Croce, anco fuori di tal occasione) colle mani giunte al petto, cogl'occhi dimessi à terra, e con compositione Religiosa, accompagnato da due Ministri, pure in Cotta, & calzati; l'vno de quali porterà il Turribulo, e nauicella dell'incenso, e l'altro il libro, nel quale siano l'orationi, che si douranno dire dal Sacerdote.

I Gionti

Gionti all' Altare, il Ministro del Turribolò, procederà al corno dell' Epistola, l'altro si fermerà à quello dell' Euangelo in piedi, & in modo, che il Sacerdote passandoli d'auanti, si fermi nel mezo, e tutti trè d'accordo, faranno la genuflessione, e rizzatisi in piedi, pure tutti trè concordemente; mentre, ch'il Sacerdote, salirà all' Altare, per aprire il Tabernacolo, li due Ministri si poneranno vnitamente inginocchioni.

Aperto il Tabernacolo, farà il Sacerdote vna genuflessione, e cauato da quello il Santissimo (quale sarà nell' Ostensorio, e non nella Pisside, se non in caso, che non vi fosse Hostia consacrata, e la necessità constringesse) lo ponerà nel mezzo dell' Altare, sopra d'vn Corporale (ò Palletta, ò Animella, che si chiami) genufletterà di nuouo, e ritornato al piano dell' Altare; partitosi verso l'Epistola, senza voltare le spalle al Santissimo, farà vn'altra genuflessione, e poi rizzato in piedi esso solo ponerà l'incenso nel Turribolo senza benedirlo, & inginocchiato, prenderà dal Ministro il Turribolo, non baciandosi le catenelle di quello, nè meno le mani del Sacerdote; incenserà il Santissimo trè volte in questo modo. Lasciarà nella sommità del Turribolo, le catenelle alquanto staccate, tanto, ch'il Turribolo si a libero dalla mano. Appoggiarà la sinistra al petto, colla sommità delle catenelle; nè mouendola, tenendo colla destra il Turribolo vn poco fuori dal fianco al pari della cintura; fatta prima colli Ministri vna profondissima riuerenza, cioè incuruando diuotamente il capo, e la schiena verso la pre-

della dell' Altare alzarà alquanto il Turribolo verso la spal-la, e posatamente con grauità, lo lanciarà verso il Santis-simo. Terminata l'incensatione, fatta di nuouo colli Mini-stri profondissima riuerenza, restituito il Turribolo senza bacio, dirà le seguenti preci.

VEni Creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.
Qui diceris Paraclitus,
Altissimi donum Dei,
Fons viuus, ignis charitas,
Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere,
Digitus Paternæ dexteræ,
Tu ritè promissum Patris,
Sermone ditans guttura.
Accende lumen sensibus:
Infunde amorem cordibus:
Infirma nostri corporis
Virtute firmans perpeti.
Hostem repellas longius,
Pacemque dones protinus:
Ductore sic te præuio
Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrem,

Nosca-

Noſcamus atque Filium,
Teque vtriuſque Spiritum
Credamus omni tempore.
Deo Patri ſit gloria,
Et filio, qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito
In ſæculorum ſæcula. Amen.

℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renouabis faciem terræ.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Signaſti Domine ſeruum tuum Franciſcum.
℟. Signis redemptionis noſtræ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illuſtratione docuiſti: da nobis in eodem Spiritu recta ſapere, & de eius ſemper conſolatione gaudere.

COncede nos famulos tuos, quæſumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & Glorioſa Beatæ Mariæ ſemper Virginis interceſſione, à præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Ecclesiam tuam Beati Francisci meritis, fætu nouæ prolis amplificas: tribue nobis, ex eius imitatione terrena despicere; & Cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Christum Dominum nostrum, &c.

Fornite le preci si dirà dalli circostanti cinque volte il Pater, e l'Aue, &c. *Frà tanto il Sacerdote, incensarà di nuouo il Santissimo, come sopra, & incensatolo, si leuaranno tutti trè in piedi, faranno la genuflessione, e poi si partiranno per la Sagrestia, partendosi prima il Ministro del Turribolo, e passando di dietro al Sacerdote, segnirà poi l'altro, e dietro ad essi il Sacerdote.*

Modo di leuare il Santissimo Sacramento quando sarà esposto.

M*Entre starà esposto il Sacramento, s'vsarà diligenza, che vi siano sempre de gli assistenti à far' oratione; altrimenti non deuesi esporre. Quando sarà l'hora di leuarlo (dato prima anticipatamente il segno della Campana) il Sacerdote, colli Ministri, ritornarà all' Altare nel modo come sopra, e fatta la genuflessione, si poneranno tutti trè in ginocchioni, e fatta di nuouo vnitamente profondissima riuerenza: il Sacerdote si leuarà in piedi, per ponere l'incenso, &c. incensato (come sopra) genuflesso, colli Ministri, dirà le seguenti preci.*

KYrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Pa-

Pater de Cœlis Deus,	miserere nobis.
Fili Redemptor Mundi Deus,	miserere nobis.
Spiritus Sancte Deus,	miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus,	miserere nobis.
Sancta MARIA,	ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix,	ora
Sancta Virgo Virginum,	ora
Mater Christi,	ora
Mater Diuinæ gratiæ,	ora
Mater Purissima,	ora
Mater Castissima,	ora
Mater Inuiolata,	ora
Mater Intemerata,	ora
Mater Amabilis,	ora
Mater Admirabilis,	ora
Mater Creatoris,	ora
Mater Saluatoris,	ora
Virgo Prudentissima,	ora
Virgo Veneranda,	ora
Virgo Prædicanda,	ora
Virgo Potens,	ora
Virgo Clemens,	ora
Virgo Fidelis,	ora
Speculum Iustitiæ,	ora
Sedes Sapientiæ,	ora
Causa nostræ lætitiæ,	ora
Vas Spirituale,	ora

Vas Honorabile, ora
Vas Insigne Deuotionis, ora
Rosa Mystica, ora
Turris Dauidica, ora
Turris Eburnea, ora
Domus Aurea, ora
Fœderis Arca, ora
Ianua Cœli, ora
Stella Matutina, ora
Salus Infirmorum, ora
Refugium Peccatorum, ora
Consolatrix Afflictorum, ora
Auxilium Christianorum, ora
Regina Angelorum, ora
Regina Patriarcharum, ora
Regina Prophetarum, ora
Regina Apostolorum, ora
Regina Martyrum, ora
Regina Confessorum, ora
Regina Virginum, ora
Regina Sanctorum Omnium, ora

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, Miserere nobis.

Sub

SVb tuum Præſidium confugimus Sancta Dei Genitrix: Noſtras deprecationes, ne deſpicias in neceſſitatibus, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper Virgo Glorioſa, & Benedicta.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

FAmulorum tuorum, quæſumus Domine, delictis ignoſce: vt, qui tibi placere de actibus noſtris non valemus, genitricis filij tui Domini noſtri interceſſione ſaluemur.

DEfende, quæſumus Domine, Beata Maria ſemper Virgine intercedente, iſtam ab omni aduerſitate familia: & toto corde tibi proſtratam, ab hoſtium propitius tuere clementer inſidijs.

Ad petendam gratiam Spiritus Sancti.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum: purifica, per infuſionem Sancti Spiritus, cogitationes cordis noſtri; vt te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

Pro concordia, in congregatione ſeruanda.

DEus largitor pacis, & amator charitatis: da famulis tuis, veram cum tua voluntate, con-

cor-

cordiam; vt ab omnibus, quæ nos pulſant, tentationibus liberemur.

Ad poſtulandam charitatem.

DEus, qui diligentibus te, facis cuncta prodeſſe: da cordibus noſtris, inuiolabilem tuæ charitatis affectum; vt deſideria, de tua inſpiratione concepta, nulla poſſint tentatione mutari.

Pro Eccleſia.

ECleſiæ tuæ, quæſumus Domine, præces placatus admitte, vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, ſecura tibi ſeruiat libertate.

Pro Papa.

DEus omnium fidelium paſtor, & rector famulum tuum N. quem Paſtorem Eccleſiæ tuæ, præeſſe voluiſti, propitius reſpice, da ei, quæſumus verbo, & exemplo, quibus præeſt, proficere, vt ad vitam, vna cum grege ſibi credito, perueniat ſempiternam.

Pro Imperatore.

DEus regnorum omnium, & Chriſtiani maximè protector Imperij; da ſeruo tuo, Imperatori noſtro N. triumphum virtutis tuæ, ſcienter excolere, vt qui tua inſtitutione, eſt Princeps, tuo ſit ſemper munere potens.

Pro Rege, aut pro Duce.

QVæſumus omnipotens Deus, vt famulus tuus Rex, ſiuè Dux N. noſter, qui tua miſeratione

suscepit Regni, vel Status gubernacula, virtutum etiam omnium, percipiat incrementum, quibus decenter ornatus, & vitiorum monstra, deuitare, & ad te, quia veritas, & vita es, gratiosus cum tota eius familia, valeat peruenire.

Pro deuotis amicis.

DEus, qui charitatis dona per gratiam Sancti Spiritus, tuorum fidelium cordibus infudisti: da famulis, & famulabus tuis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, salutem mentis, & corporis; vt te tota virtute diligant, & quæ tibi placita sunt, tota dilectione perficiant.

Pro quacunque necessitate.

DEus refugium nostrum, & virtus: adesto pijs Ecclesiæ tuæ precibus, auctor ipse pietatis, & præsta, vt quod fideliter petimus; efficaciter consequamur.

Contra persecutores, & malè agentes.

HOstium nostrorum, quæsumus Domine, elide superbiam, & eorum contumaciam, dexteræ tuæ virtute prosterne.

Contra Paganos.

OMnipotens sempiterne Deus, in cuius manu sunt omnium potestates, & omnium iura regnorum, respice in auxilium Christianorum, vt gentes Paganorum, quæ in sua feritate confidunt, dexteræ tuæ potentia conterantur.

Pro

Pro Pace.

DEus auctor pacis, & amator, quem nosse viuere, cui seruire regnare est, protege ab omnibus impugnationibus, supplices tuos, vt qui in defensione tua confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus.

Tempore famis.

DA nobis, quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, & famem propitiatus auerte, vt mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & te miserante cessare.

Ad petendam pluuiam.

DEus, in quo viuimus, mouemur, & sumus: pluuiam nobis tribue congruentem, vt præsentibus subsidijs, sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus.

Ad postulandam serenitatem.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi, & aeris serenitatem, nobis tribue supplicantibus; vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua perueniente, clementiam sentiamus.

Pro salute viuorum.

PRætende Domine, fidelis tuis, dexteram cælestis auxilij, vt te toto corde perquirant, & quæ dignè postulant, consequi mereantur.

Pro Nauigantibus.

DEus, qui transtulisti patres nostros, per mare Ru-

Rubrum, & transuexisti eos, per aquam nimiam, laudem tui nominis decantantes, te suppliciter deprecamur, vt in naui famulos tuos, repulsis aduersitatibus, portu semper optabili, cursuq; tranquillo tuearis.

Pro Peregrinantibus.

ADesto Domine, supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum, in salutis tuæ prosperitate dispone, vt inter omnes viæ, & vitæ huius varietatis, tuo semper protegamur auxilio.

Pro Infirmis.

DEus infirmitatis humanæ, singulare præsidiũ, auxilij tui super infirmos famulos tuos, ostende virtutem; vt ope misericordiæ tuæ adiuti, Ecclesiæ tuæ Sanctæ, incolumes repræsentari mereantur.

Pro infirmo Morti vicino.

OMnipotens, & misericors Deus, qui humano generi, & salutis remedia, & vitæ æternæ, munera contulisti, respice propitius famulum tuum, infirmitate corporis laborantem, & animã refoue, quam creasti; vt in hora exitus illius, absq; peccati macula, tibi creatori suo, per manus Sanctorum Angelorum, repræsentari mereatur.

Pro euitanda mortalitate.

DEus, qui non mortem, sed pœnitentiam desideras peccatorum, populum tuum, ad te reuer-

uertentem, propitius respice; vt dum tibi deuotus existi, iracundiæ tuæ flagella, ab eo clementer amoueas.

Pro Cruce.

DEus, qui vnigeniti Filij tui, pretioso sanguine, viuificæ Crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quæsumus eos, qui eiusdem Sanctæ Crucis gaudent honore, tua quoque vbique protectione gaudere. Per eundem, &c.

Pro Fidelibus Defunctis.

FIdelium, Deus, omnium conditor, & redemptor: animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum, tribue peccatorum, vt indulgentiam, quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur.

Pro Paßione Christi.

DOmine Iesu Christe, qui de Cælis ad terram de sinu Patris, descendisti, & Sanguinem tuum pretiosum, in remissionem peccatorum nostrorum fudisti, te humiliter deprecamur, vt in die iudicij, ad dexteram tuam, audire mereamur, benedictis. Qui viuis, &c.

Terminate le preci, il Sacerdote intonerà il Tantum ergo Sacramentum, &c. *e dal choro si proseguirà tutto, sin'al fine dell' Hinno, fra tanto ponerà di nuouo l'incenso nel Turribolo, & incensato il Santißimo, come sopra, e detto il verfetto, e l'oratione, come stà segnato di sotto. Salirà*

all'

all'Altare, farà la genuflessione, e leuato dal Trono il Santissimo, posatolo sopra l'Atare di nuouo genuflettarà, e poi hauendo sulle spalle accomodat'il velo, pigliatolo con ambidue le mani, l'vna al nodo, e l'altr'al piede, darà con esso vna sola benedittione (se bene vi fossero presenti Prencipi, & altri Potentati) perche Iddio non è partiale d'alcuno, & il dare più benedittioni s'appartiene alli soli Vescoui, & à quelli, alliquali del Pontefice è concessa la facoltà. Nel dare la benedittione, alzerà il Santissimo, facendo con esso vna linea retta, dal capo sino al petto, e poscia tirerà, vna linea trauersa; cioè prima verso l'Epistola, e poi seguendo verso il Vangelio, voltarassi del tutto al mezo dell'Altare, come si fà nel circolo, col quale si dà la benedittione della Messa.

Data la benedittione, posarà il Sacramento sopra l'Altare, genufletterà, e lo riponerà nel Tabernacolo; prima di serarlo, tornerà à genuflettere, e serratolo, tornerà al piano dell'Altare: li Minstiri frà tanto si rizzaranno in piedi, e tutti insieme, fatta la genuflessione, partiranno, come sopra.

S'vsa in alcuni luoghi di suonare immediatamente, vn'Aue Maria; all'hora li Ministri, se sarà tempo Paschale, ò Sabbato, ò Domenica, la diranno in piedi, auanti l'Altare, se d'altro giorno, ò tempo, staranno ingenocchioni.

Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum

Nouo cedat ritui:
Præstet fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, genitoque,
Laus, & iubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit, & benedictio,
Procedenti ab vtrobue,
Compar sit laudatio. Amen.
℣. Panem de Cælesto præstitisti eis, *Nel tempo Paschale, e frà l'Ottaua del Sacramento, aggiongasi al versetto* Alleluia.
℟. Omne delectamentum in se habentem.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuæ memoriam reliquisti; tribue quæsumus, ita nos Corporis, & Sanguinis tui Sacra Mysteria venerari, vt redemptionis tuæ fructum in nobis iugiter sentiamus. Qui viuis, &c.

Rubrica per la notte di Natale.

S'*Auerta, che l'Hebdomadario, deue dire l'homilie, non con la sola Stolla, ò con la Cotta, e Stolla, ne meno in ha-*

habito da Diacono, ma in habito da Sacerdote, col Piuiale, ò senza, col Camice, e Stolla in croce, & esso Hebdomadario (che suole esser il Maggiore del Choro) le deue recitare esse tutte trè colli lumi accesi.

Le Messe solenni non si deuono dire tutte trè in vna volta, nè vna la notte, e l'altre due à mezza mattina, ma vna la mezza notte, vna all'Alba, e l'altra verso Sesta, conforme al costume del Paese.

Rubrica per la Festa della Purificatione della Beata Vergine.

QVando questa Festa viene in vna Domenica di Settuagesima, Sessagesima, ò Quinquagesima, fatto l'aspersorio, farassi solo la Benedittione, distributione, e Processione delle Candele, e si dirà la Messa della Domenica, e la Festa si trasferirà nel seguente giorno; quando però la Chiesa non fosse dedicata alla B. Vergine, che all'hora si direbbe la Messa principale di essa, & vn'altra della Domenica.

Il Sacerdote, vestito di paramento morello, farà la Benedittione delle Candele, stando dalla parte dell'Epistola, dicendo le Orationi, che sono nel Messale.

Compite le Orationi ponerà l'incenso nel Turribolo benedicendolo; aspergerà trè volte le Candele con l'Acqua benedetta, dicendo l'Antifona Asperges, senza canto, e senza il Salmo, e le incenserà trè volte.

Il più degno del Choro immediatamente andando all'Altare porgerà vna Candela al Celebrante, il quale stando in

 piedi,

piedi, e senza bacio la riceuerà, poscia voltatosi nel mezzo dell' Altare verso il Popolo, distribuirà le Candele; principiando da quello, dal quale esso l'hà riceuuta; poi seguitarà per ordine a quelli, che sono apparati, e di mano in mano à gl' altri, conforme li gradi loro, & in fine à tutto il Popolo; le Candele saranno accese, quelli, che le riceueranno staranno inginocchi, e baciaranno prima la Candela, e poi la mano del Sacerdote.

Frà tanto dal Choro si cantarà la seguente Antiphona.

Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. *E poi il Salmo*

NVnc dimittis seruum tuum Domine: secundum verbum tuum in pace.

Lumen ad reuelationem, &c.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.

Lumen ad reuelationem, &c.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem, &c.

Gloria Patri, &c. Lumen ad reuelationem, &c.

Lumen, &c. Sicut erat, &c. Lumen, &c.

Si seguiterà l' Antiphona, & il Salmo sino che sarà finita la distributione delle candele, quale finita si canterà l' Antifona seguente:

Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos, propter nomen tuum. *Psal.* Deus auribus nostris audiuimus; Patres nostri annunciauerunt nobis.

Gloria Patri, &c. Exurge Domine, &c.

Se

Se sarà di Settuagesima, e non di Domenica: Il Sacerdote dirà Oremus. *Il Diacono* flectamus genua: ℟. Leuate, *dal Sacerdote si dirà l'Oratione, poi si farà la Processione, ma prima il Sacerdote ponerà l'Incenso nel Turribilo, Benedicendolo. Il Diacono, verso al Popolo dirà.*

Procedamus in pace: *si risponderà dal Coro.* In nomine Christi. Amen.

Quello che tiene il Turribolo, anderà d'auanti alla Croce, quale dal Subdiacono sarà portata nel mezzo a duoi Acoliti, quali teneranno nelle mani, vn candegliere con candele accese; seguiteranno gl'altri per ordine, l'vltimo sarà il celebrante, alla sinistra del quale starà il Diacono, portando tutti le candele accese. Mentre si farà la Processione si canteranno le seguenti Antifone.

Adorna thalamum tuum Sion, & suscipe Regem Christum: Amplectere Mariam, quæ est Cælestis porta, ipsa enim portat Regem Gloriæ, noui luminis: subsistit Virgo, adducens manibus Filium, ante Luciferum genitum: quem accipiens Symeon in vlnas suas prædicauit Populis, Dominum eum esse vitæ, & mortis, & Saluatorē Mundi.

Responsum accepit Symeon à Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini, & cum inducerent puerum in Templum, accepit eum in vlnas suas, & Benedixit Deum, & dixit. Nunc dimittis seruum tuū Domine in pace.

Cum inducerent puerum Iesum, parentes eius,

vt facerent secundum consuetudinem Legis pro eo: ipse accepit eum in vlnas suas.

Entrando nella Chiesa, si canterà il seguente Responsorio.

Obtulerunt pro eo Domino, par turturum, aut duos pullos columbarum, sicut scriptum est in Lege Domini.

Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi: tulerunt Iesum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est, &c. Gloria Patri, &c. Sicut scriptum est in Lege Domini.

Finita la Processione, si dirà la Messa, e sarà della Vergine, si prenderanno li Paramenti bianchi, mà se della Domenica, restaranno li morelli, si teneranno le candele accese, all'Euangelio, & all'Eleuatione del Santissimo, sino finita la Communione.

Nella Benedittione delle Ceneri.

Le ceneri, si deuono fare di rami d'Oliue, ò d'altra pianta, benedetti l'anno antecedente, e si poneranno sopra l'Altare dalla parte dell'Epistola, tanto che stiano frà il Messale, & il Corno dell'Altare.

Il Sacerdote si vestirà di paramento morello, e gionto all'Altare dal Choro si canterà la seguente Antifona.

Exaudi nos Domine, quoniam benigna est misericordia tua secundum multitudinem miserationum tuarum, respice nos Domine.

Psal.

Psal. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Gloria Patri, &c. *è ſi ripeterà l'Antifona* Exaudi nos &c.

Stando il Sacerdote dalla parte dell' Epiſtola, dirà con le mani giunte, l'Orationi ſegnate nel Meſſale; ponerà l'Incenſo nel Turribolo, e l'aſpergerà con l'Acqua Benedetta, & incenſarà, come di ſopra nella Beneditione delle Candele.

Il più degno del Choro ponerà le Ceneri sù'l capo del Celebrante, quale ſtarà in piedi, mà con il Capo chino, e caſo non vi foſſe Sacerdote, da ſe medeſimo, genuſleſſo auanti l'Altare ſe le ponerà sù'l capo, ſenza dire coſa alcuna; mentre ſi diſtribuiſcono le Ceneri dal Choro, ſi canteranno le ſeguenti Antiſone.

Immutemur habitu in cinere, & cilicio. Ieiunemus, & ploremus ante Dominum, quia multum miſericors eſt, dimittere peccata noſtra, Deus noſter.

Inter veſtibulum, & Altare plorabunt Sacerdotes. Miniſtri Domini, & dicent: parce Domine, parce populo tuo, & ne claudas ora canentium te Domine.

Emendemus in melius, quæ ignoranter peccauimus, ne ſubito præoccupati die mortis quæramus ſpatium pœnitentiæ, & inuenire non poſſimus. Attende Domine, & miſerere, quia peccauimus tibi.

Adiuua nos Deus ſalutis noſter: & propter ho-

norem nominis tui Domine, libera nos. Attende Domine, &c. Gloria Patri, &c. Attende Domine, &c.

Si distribuiranno le Ceneri dal Sacerdote, prima à quello, dal quale l'haurà esso riceuute, poscia alli Ministri, alli Choristi, & alli Secolari, quali Secolari staranno fuori dalli Cancelli, e tutti genuflessi con le mani giunte, e con il capo chino le riceueranno con humiltà, e diuotione, facendo riuerenza all'Altare, & al Sacerdote, e se vi sarà il Santissimo Sacramento, si farà la genuflessione.

Il Sacerdote ponerà le Ceneri sopra li capi scoperti ancora delle Donne, non sopra i veli, e facendo sopra di essi il segno della Croce, dirà. Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.

Finita la cerimonia, il Celebrante si netterà le deta con acqua, e molica di pane, nel luogo solito del lauabo; dirà l'Oratione, e poi la Messa.

Nel giorno delle Palme.

Le Palme si accommodaranno da vna parte dell' Altare verso l'Epistola, e giunto il Sacerdote all' Altare, con paramento morello; subito dal Choro si canterà la seguente Antifona.

Hosanna Filio Dauid; Benedictus, qui venit in nomine Domini: O Rex Israel, Hosãna in excelsis.

Finita l'Antifona dirà il Sacerdote, senza voltarsi al Popolo, Dominus vobiscum; *e con le mani gionte dirà l'Ora-*

l'Oratione segnata, &c. stando nel solito luoco.

Il Subdiacono canterà la Lettione, segnata nel Messale, in tuono d'Epistola; finita, che l'hauerà bacierà la mano al Sacerdote, e dal Choro si canterà il seguente Responsorio.

Collegerunt Pontifices, & Pharisei concilium, & dixerunt. Quid facimus quia hic Homo multa signa facit? Si dimittimus eum, sic, omnes credent in eum: Et venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

℣. Vnus ex illis, Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, dicens: Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum, dicentes. Et venient, &c.

Vel ℟. In Monte Olíueti, orauit ad Patrem Pater, si fieri potest, transeat à me calix iste: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma fiat voluntas tua. Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus, &c.

Mentre si canta il Responsorio, il Diacono ponerà il Messale sopra l'Altare, & il Sacerdote (ministrandogli esso Diacono la Nauicella ponerà l'Incenso nel Turribolo, & il Diacono dirà Munda cor meum, *pigliarà il Libro dall'Altare, addimandarà genuflesso la benedittione al Sacerdote, e tenendo il Subdiacono il Messale frà duoi Acoliti, con li Candelieri, e Candele accese, esso canterà il Vangelo, Incensandolo, come si costuma alla Messa: finito, il Subdiacono*

portarà il Libro da baciare al Sacerdote, quale sarà Incensato dal Diacono.

Il Sacerdote stando dalla parte dell'Epistola, come sopra, dirà l'Oratione segnata; nel fine del Prefatio si cantarà dal Choro il Sanctus, come si fà alla Messa.

Finite l'Orationi il Sacerdote preparato l'Incenso, aspergerà li rami coll' Acqua Benedetta; e gl'Incensarà, come sopra nella benedittione delle Candele, e poi dirà l'Oratione.

Nel distribuire li rami dell'Oliue s'osseruarà il modo, come sopra nel dispensare le Candele, s'è accennato.

Frà tanto dal Choro si canteranno le seguenti Antifone, fino che durerà la distributione.

Pueri Hebreæorum, portantes ramos Oliuarum, obuiauerunt Domino, clamantes, & dicentes: Hosanna in excelsis.

Pueri Hebræorum, vestimenta prosternebant in via, & clamabant dicentes: Hosanna Filio Dauid. Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Finita la distributione, il Sacerdote dirà l'Oratione in quella positura, che s'è detto di sopra, e s'ordinerà la Processione in quella maniera, che s'è notata in quella delle Candele, eccettuato però, che non si dirà l'Antifona Exurge Domine, *ma solo dal Diacono* Procedamus in pace, *&c. e poscia Processionalmente le seguenti Antifone.*

Cum appropinquaret Dominus Ierosolymam, misit duos ex Discipulis suis, dicens: Ite in Castellum, quod contra vos est; & inuenietis pullum

asinæ

asinæ alligatum, super quem nullus hominum sedit: soluit, & adducit mihi, si quis vos interrogauerit, dicite opus Domino est. Soluentes adduxerunt ad Iesum, & imposuerunt illi vestimenta sua, & sedit super eum, alij expandebant vestimenta sua in via, alij ramos de arboribus sternebant, & qui sequebantur, clamabant Hosanna. Benedictus, qui venit in nomine Domini: Benedictum Regum Patris nostri Dauid; Hosanna in excelsis; miserere nobis Fili Dauid.

Cum audisset populus, quia Iesus venit Ierosolymam, acceperunt ramos Palmarum, & exierunt ei obuiam, & clamabant pueri, dicentes. Hic est, qui venturus est, in salutem populi. Hic est salus nostra, & redemptio Israel. Quantus est iste, cui Throni, & Dominationes occurrunt? Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit tibi, sedens super pullum asinæ, sicut scriptum est. Salue Rex fabricator Mundi, qui venisti redimere nos.

Ante sex dies solemnes Paschæ, quando venit Domiuus in Ciuitatem Ierusalem, occurrunt ei pueri, & in manibus portabant ramos Palmarum, & clamabant voce magna, dicentes: Hosanna in Excelsis: Benedictus, qui venit in multitudine misericordiæ tuæ. Hosanna in Excelsis.

Occurrunt turbæ, cum floribus, & Palmis Redemptori obuiam; & victori triumphanti, digna

dant

dant obsequia: Filium Dei ore gentes prædicant, & in laudem Christi voces tonant per nubila: Hosanna in Excelsis.

Cum Angelis, & pueris, fideles inueniamur triũphatori mortis, clamantes: Hosanna in Excelsis.

Turba multa, quæ conuenerat ad diem festum clamabat Domino: Benedictus, qui venit in nomine Domini: Hosanna in Excelsis.

Prima, che la Processione se n'entri nella Chiesa, due Choristi, serrata la porta, canteranno di dentro li seguenti Versetti, e dal restante di fuori si repetteranno.

Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex Christe Redemptor, cui puerile decus prompsit: Hosanna pium. ℟.

Repettino quelli di fuori Gloria, laus, & honor, &c.

Li due di dentro Israel es tu Rex Dauidis, & inclyta proles: Nomine, qui in Domini, Rex benedicte venis.

Li due di fuori Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex Christe Redemptor, cui puerile decus prompsit: Hosanna pium.

Di dentro Cætus in excelsis, te laudat cælicus omnis, & mortalis homo, & cuncta creata simul.

Di fuori Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex Christe Redemdtor, cui puerile decus prompsit: Hosanna pium.

Di dentro Plebs Hebræa, tibi cum Palmis, obuia venit.

venit Cum prece, voto, hymnis, adsumus ecce tibi.

Di fuori Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex Christe Redemptor, cui puerile decus prompsit: Hosanna pium.

Di dentro Hi tibi passuro, soluebant munia laudis. Nos tibi regnanti, pangimus ecce malos.

Di fuori Gloria, laus, & honor, tibi sit Rex Christe Redemptor, cui puerile decus prompsit: Hosanna pium.

Di dentro Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra, Rex bone, Rex Clemens, cui bona cuncta placent.

Di fuori Gloria, laus, & honor, &c.

Il Sacerdote (non v'essendo il Subdiacono) percuotterà coll'hasta della Croce la Porta della Chiesa, la quale subito aperta entrarà la Processione, cantando il seguente Respons.

Ingrediente Domino in Sanctam Ciuitatem, Hebræorum pueri, resurrectionem vitæ pronunciantes. Cum ramis Palmarum. Hosanna clamabant in Excelsis.

Cum audisset populus, quod Iesus veniret Ierosolymam, exierunt obuiam ei. Cum ramis Palmarum. Hosanna clamabant in Excelsis.

Finita la Processione si dirà la Messa, e l'Oliue si teneranno nelle mani al Passio, & all'Euangelio.

Al Passio non si dice Munda cor meum, *non si dimanda la benedittione, non si portano le lumi, e non si dà l'Incenso,*

censo, nè si dice Dominus vobiscum. Il Sacerdote non segna ne se stesso, ne il libro, ne si dice Gloria tibi Dñe.

Finito il Passio, a quello, che resta si dice il Munda cor, &c. si chiede la benedittione, e s'incensa il libro, e senza lumi dicesi in tuono di Vangelio, nel fine si dice Laus tibi Christe, e portasi con la solita incensatione da baciare al Celebrante, il che s'osseruerà negli altri Passij, eccetto in quello del Venerdì Santo.

Feria V. in Cæna Domini.

DEus, qui per famulum tuum Moysen, in liberatione Populi tui de Ægypto, Agnum occidi iussisti, in similitudinem Domini nostri Iesu Christi, & vtrosque postes domorum, de Sanguine Agni perungi præcepisti; ita Bene ✠ dicere, & Sancti ✠ ficare digneris, hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui, ad laudem tuam sumere desideramus, per Resurrectionem eiusdem Domini no-

nostri Iesu Christi. Qui tecum, &c. *Aspergantur, &c.*

Benedictio Ouorum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

SVbueniat quæsumus Domine, tuæ Benedictionis ✠ gratia huic Ouorum creaturæ; vt cibus salubris fiat fidelibus tuis, in tuarum gratiarum actione sumentibus, ob Resurrectionem Domini Nostri Iesu Christi. Qui tecum viuit, &c. *Aspergantur, &c.*

Benedictio Carnium quarumcumque.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine Iesu Christe Fili Dei viui, qui es verus, ac immaculatus Agnus, quique immaculatus, in ara Crucis peccata Mundi delesti, & nos ad ouile proprijs humeris, reportasti, has Carnes, quas ab vsus hominum creasti, benedicere ✠ & Sanctificare ✠ digneris, vt omnes ex eis sumentes tuis Benedictionibus repleti, & animæ, & corporis sanitatem (te annuente) semper accepisse lætentur. Saluator Mundi. Qui viuis, &c.

Ore-

Oremus.

DEus vniuersæ carnis, qui Noè, & filijs suis de mundis, & immundis animalibus præcepta dedisti: quique sicut olera nebarum, humano generi, quadrupedia munda manducare permisisti, qui Agnum in Ægypto Moysi, & populo tuo in vigilia Paschæ comedere præcepisti, in figuram Agni Domini nostri Iesu Christi, cuius Sanguine omnia primogenita tibi de Mundo redemisti, & Angelo in nocte illa omne primogenitũ in Ægypto percutere præcepisti, seruans populum tuum, Agni sanguine prænotatum. Dignare quæsumus Domine, Deus Omnipotens, Benedicere ✠ & Sanctificare ✠ has carnes, vt quicumque de tuis fidelibus populis ex eis comederint, omni Benedictione Cælesti, & tua perenni repleti gratia satierunt. Per eumdem, &c. *Aspergantur.*

Benedictio noui Panis.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

BEnedic ✠ Domine creaturã istam Panis, sicut Benedixisti quinque Panes in deserto, vt sit donum eiusdem, in annum alimentum, gustantesque ex eo, accipiant tàm corporis, quàm animæ salutem. Per Christum, &c. *Aspergatur.*

Benedictio Cellæ Vinariæ.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine, Sancte Pater, Omnipotens æterne Deus, bonorum omnium dator, & conseruator, qui inter reliquas creaturas tuas, Vinum in hominum sustentationem, & lætitiam, ex fructu vuarum prodire iussisti, quique per vnigenitum Filium tuum, Dominũ nostrum Iesum Christum, in Nuptijs in Cana Galileæ, Aquam in Vinum, mirabiliter permutasti, & Sacramentum Pretiosissimi Sanguinis eiusdem Filij tui, in Vini materiam sanctificari iussisti, te supplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturam vini Bene✠dicere, & Sancti✠ficare digneris, vt omnes ex eo gustantes, animæ, & corporis recipiant sospitatem, & te omnium gratiarum largitorem, sine fine collaudent. Per eumdem, &c. *Apsperg.*

Benedictio Lactis, & Mellis.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

BEne✠dic Domine, has creaturas Lactis, & Mellis, & pota famulos tuos fonte perenni, quis es spiritus veritatis, & enutri eos de hoc Melle, & Lacte. Tu enim Domine promisisti Patribus nostris Abraham, Isaac, & Iacob, dicens:

Intro-

Introducam vos in terram promissionis, terram fluentem Lac, & Mel. Coniunge Domine hos, famulos tuos spiritu charitatis, & pacis, sicut coniunctum est Lac, & Mel, in Christum Dominum nostrum. Qui tecum, &c. *Asperg.*

Benedictio Fructuum quorumcumque.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, Deus de Deo, qui famulum tuum, Beatum Blasium martyrio consecrasti, & B. Vbaldum in gloria tua collocasti, Benedicere, ✠ & Sanctificare ✠ digneris, tua pietate hos fructus, quos indignè detulimus, per tui Sancti Nominis inuocationem, & per intercessionem B. M. V. & B. Vbaldi serui tui: benedic ✠ sicut, & Ego Benedico, ✠ & Sanctifico ✠ hos Fructus, & ad profectum præsentis Familiæ tuæ, atq; omnium fidelium præsentium, & absentium, prouenire concede, vt in quocumque loco deportati, fuerint salui, maximè à dolore gutturis, & aliorum dolorum efficiantur, & omnes iniquitates, siuè illusiones Dæmonum, ab eorum habitaculis abscendant, & quicumque ex eis tenuerint, & gustauerint, tua gratia, & benedictione repleantur. Qui viuis, &c. *Aspergantur.*

Benedictio Medicinæ, vel Brodei, &c. pro vexatis.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

QVæsumus clemenriam tuam, ò æterne Deus, vt hanc Medicinam ad expellendas omnes ægritudines, & virtutes Diabolicales, & infestationes maleficiales, imò, & ipsos Dæmones, à corporibus humanis, quam in nomine Sancto tuo, & Diui Vbaldi, Benedico, ✠ & Sanctifico: ✠ sic tu Omnipotens, & Clementissime Deus. Benedicere ✠ & Sanctificare ✠ dignare. In omni, qui eam biberit, extingue febrium infestationes, viscerum tormenta, cura cordis, capitisque dolores, & passiones cunctas dissolue: grauitates peccatorum remoue: infestationes cunctas, à quibusuis partibus corporis resolue: phantasmatis adesto periculis, tumoresque compesce. Sit hæc medicina expulsio præsentis morbi, & fuga Diaboli, cum suis socijs, facturis, & armis. Exorcizo te ✠ creatura medicinæ, in nomine Iesu, vt virtutem naturalem retineas, supernaturalem recipias, adiurata in nomine Christi. Bene ✠ dic Domine hanc medicinam, & virtus Spiritus Sancti sit super eam, ad euacuanda, destruenda, annihilanda, & eradicanda à corpore humano, maleficia, cuncta, cuiuscumque generis sint, & simul ad expellendum ipsum Dæmonem. Prout Ego N. Sacer-

dos

dos tuus, benedico, ✠ exorcizo, ✠ & sanctifico, ✠ Benedictiones ✠ cunctæ, seruorum Dei sint super te, ò medicina, vt sis potens ad effugandos Dæmones, cum suis facturis, & armis Diabolicis. Tandem benedictio S. Vbaldi Episcopi sit super te. ✠ In nomine Patris, &c. *Asperg.*

Benedictio Olei, & aliarum vnctionum.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

EXorcizo te creatura Olei, in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti; vt per hanc indiuiduæ Trinitatis, ac vnius virtute Deitatis omnis nequissima virtus aduersarij, omnis inueterata malitia Diaboli, omnis violenta incursio, omne confusum, & cæcum phantasma eradicetur, fugetur, & discedat ab hoc oleo; vt omnis, qui ex eo biberit, & deuotè se vnxerit, fiat sanus, ab omni maleficio Diabolico, nec possit illi vlla nequitia malignorum spirituum nocere. Dignare Domine hoc oleum Benedicere † & sanctificare pro tua pietate, vt quicumque ex eo biberit, vel se vnxerit, vinctus sit dolore pænitentiæ, & ab eo eradicentur facturæ, maleficia, incantationes, tumores, dolores, & litigationes, quomodolibet factæ, contra creaturas Dei: sit destructio omnium operum Sathanæ, & virtus ad obsessos liberandos, ad restituendam febricitãtibus valetudinem, ægro-

ægrotantibus ſanitatem, ad extinguenda venena, tumores, & dolores, ad reſtituendum coniugis amorem, ad depellendum aduerſa, & comprimendum noxia, & odium expellendum, & quicunque eo vtetur, ab omni languore, infirmitatis ſanetur, & à cunctis inſidijs inimici liberetur. Multiplica ò æterne Deus, Bene ✠ dictiones tuas ſuper hoc Oleum, ſicut Stellas Cæli: quia Ego N. Sacerdos, per Ieſum Chriſtum Benedico. Sanctifico ✠ huius Olei benedicti liquorem, deſtruo omnia maleficia, languores, & dolores, & vexationes Diabolicas, & fugo ipſos Dæmones. In nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *Asperg.*

Benedictio Tritici, vel Farinæ, vel Leguminum, &c.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

PEto, ò Domine Ieſu Chriſte, vt Bene ✠ dicas hoc pabulum N. ſicut benedixiſti quinque Panes in Deſerto; vt ſit ſumentibus, ſalus mentis, & corporis, atque contra morbos, & vniuerſas inſidias Diaboli. Nam Ego N. Sacerdos tuus in nomine tuo, illud Benedico ✠ Sanctifico ✠ & Exorcizo, ✠ ſicut Elias Benedixit Farinam in Hydria viduæ, & fecit ſubcineritium Panẽ Eliæ, ſic iſtud in nomine tuo Benedico ✠ ſanctifico ✠ & creaturæ tuæ trado, vt accipiat, & comedat, ad eradi-

can-

candum à corpore ſuo, omne maleficium, incantationem, ligamen, ſignum, & opus Diabolicum, & ipſos Dæmones, omnemq; febrem, & qualemcumque ægritudinem. O Domine Ieſu Chriſte, qui es Panis natus in Bethleem, Panis vitæ, Benedic ✠ & Sanctifica ✠ pabulum iſtud N. nam Ego per Sanctum Nomen tuum illud Benedico, ✠ & Sanctifico, ✠ ac per ipſum Sanctum nomen tuum terribile, deſtruo, omnia maleficia, denuò per ipſum Sanctum Nomen, ò Domine Ieſu, hoc pabulum benedico ✠ & Sanctifico ✠ & virtutem tui Sanctiſſimi Nominis in ipſum infundo, vt ſi contra omnes vexationes Diabolicas. Iterum Benedico ✠ illud, & ſanctifico ✠ Dominus tecum ſit, ò pabulum benedictum, vt extinguas venena, noxia comprimas, aduerſa depellas, maleficia deſtruas, Dæmonia fuges ab hac creatura N. & à cunctis creaturis. O S. Michael Benedic ✠ hoc pabulum per tuam ſanctam pietatem. O S. Maria ſanctifica ✠ illud, qui comederint ex eo, recipiant ſanitatem, & tuam ſanctam Bene✠dictionem. O S. Pater Vbalde infunde in hoc pabulum, tuam ſanctam Benedictionem, vt ſit ignis ardens contra Dæmones, & deſtruat facturas; & omnia opera maleficia eorum &c.

Benedicat quæſumus Domine Sancte Pater per amorem Filij tui, virtus Spiritus Sancti pabulum

iſtud

iſtud, & ita Benedicat ✠ inflammet, ✠ & exorcizet, ✠ vt quicunque ex eo comederit, ſiue guſtauerit in nomine tuo, & dilecti Filij tui, & Spiritus Sancti ab omnibus operibus Sathanæ ſanctur. Da Domine Sancte Pater, omnipotens æterne Deus, vt quod rogamus, & exoramus; obtineamus in nomine tuo, & dilecti Filij tui, & Spiritus Sancti. Amen. *Aſperg.*

Benedictio Vini, & Aceti.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

EXorcizo te creatura N. in nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus ✠ Sancti, ne ſis communis vlli ſpiritui immundo, ad honorem S Mariæ, & S. Vbaldi, vt qui te deuotè biberit, & guſtauerit, omnis ſpiritus immundus ab eo recedat, cum facturis ſuis. Iterum exorcizo ✠ & benedico ✠ te creatura N. in nomine Ieſu Chriſti, & S. Vbaldi, vt ſis purgatio omnium maleficiorum. Dignare, ò S. Pater Vbalde, hoc N. Benedicere ✠ & Sanctificare ✠ ad liberandas, & ſanandas creaturas Dei ab omnibus maleficijs, & Dæmonijs. O Domine Ieſu Chriſte, ſicuti conuertiſti in Cana Galileæ Aquam in Vinum, ita Benedicere ✠ exorcizare ✠ & Sanctificare ✠ tua pietate digneris hoc ✠ N. vt ſit remedium efficax, contra omnem poteſtatem omnium inimicorum noſtrorum, & etiam

con-

contra omnes facturas, quæ factæ sunt, & factæ erunt, & nullus spiritus malus cuiuscumque generis possit latere in hac creatura N. quæ gustauerit hoc N. Benedictum. Peto Domine, per tuam Sanctam Passionem, & Crucem, vt qui biberit ex hoc N. Benedicto, mundetur à spiritibus immundis, & ab omni maleficio, & omnis virtus Diaboli exterminetur, & potestas tua Domine, in virtute verborum tuorum præualeat. O Domine, infunde tuam Sanctam Benedictionem ✠ in hoc N vt alligata sint vulnera Sathanæ, & ego Benedico ✠ illud, & Sanctifico ✠ in nomine Sancto tuo, vt Vulpes Infernales, demolientes hanc vineam tuã, ponẽtes eam in desertum, vna cum operibus suis, & maleficijs, & facturis, destruantur, confrigantur, & annihilentur. Succurre ergo, Domine, & Benedic ✠ Sanctifica hoc N. vt sit alimentum gratiæ, scientiæ, sapientiæ, feruoris, & amoris, ad sanandas tuas creaturas, ex eo gustantes, & bibentes, corpus reficiat, & corroboret, intellectum clarificet, cor lætificet, dolorem, & tristitiam quãcumque expella maleficia cuncta destruat, & annihilet à creaturis tuis ex eo bibentibus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Benedico ✠ hoc N. & Sanfico ✠ vt fit tanquam nectar, quod Christum dat suis deuotis in conuiuio suo Spirituali. Adhuc bone Iesu dic verbum, bene-

benedic ✠ & Sanctifica ✠ hoc N. Tandem benedico ✠ illud,& per hoc Sanctum N. destruo omnia maleficia,& fugo Dæmones, per eum qui torcular calcauit solus. Amen. *Asperg.*

Benedictio Prandij, vel Cœna, &c. præsente vexato.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

IN Nomine Domini Nostri Iesu Christi Ego N. Sacerdos Dei Benedico ✠ atque exorcizo ✠ vos creatura Panis, Vini, Carnis, Fructus, & cuiuscumque commestibilis, per illum, qui benedixit Panes in Deserto,& multiplicauit. Et per illum, qui aquam in vinum conuertit, & qui Manna Patribus dedit in Deserto, omne delectamentum in se habentem: vt sitis fortitudo,& sanitas,atq; purificatio huic, & omnibus creaturis Dei, sumentibus vos, ad effugandos omnes spiritus immundos, omnem nefariam Diaboli potestatem, facturas suas, figuras omnes, & minas eius exterminandas, per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos. Purifica Domine Iesu Christe, Benedic ✠ & Sanctifica ✠ quæso has creaturas cibi,& potus, quas Ego N. Sacerdos tuus, in tuo Nomine, & S. Vbaldi serui tui benedico ✠ purifico, & Sanctifico ✠ vt quicunque comederit, vel biberit ex eis per dilectionem B.M.V.& S. Vbaldi,& omnium Sanctorum bibat, & comedat, coram Domino,

mino, cum omni lætitia, & sint contra maleficia, & insidias Diaboli, quæ maleficia per hæc potabilia, & cõmestibilia destruo, & annihilo, & etiam fugo Dæmones, & omnia Diabolica; In nomine Iesu, constringo, & eradico, & eijcio à corporibus humanis. O Creatura Dei, tolle has creaturas cibi, & potus, quas misit tibi Deus, & quas Ego Sacerdos Dei exorcizo ✠ purifico ✠ benedico, & Sanctifico ✠ in nomine sancto eius, & S. Mariæ Virginis, & S. P. Vbaldi. Requiesce ergo, comede, & bibe, & in Nomine Iesu, recedat à te Sathan, cùm omnibus suis facturis. In nomine Patris, ✠ & Filij, ✠ & Spiritus Sancti. Amen. *Aspergatur, &c.*

Benedictio Incensi, & omnium odorabilium.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

EXorcizo te creatura Incensi, vel Storacis, vel Sulphuris per Deum viuum, ✠ per Deum verum, ✠ per Deum Sanctum, ✠ & per S. Vbaldum flagellum Inferni, & per eum, qui omnia ex nihilo creauit, & expulit prauos Angelos de Cælo, ad instar inferiora, & per omnia nomina Dei, & per nomen B. V. & S. Vbaldi, te coniuro, ✠ & exorcizo, ò creatura Incensi, Storacis, vel Sulphuris, & per omnia supradicta, vt sis in defensionem nostram, & efficiaris fumi gratia, & creatura

Bene-

Benedicta, ✠ & consecrata, ✠ & perpetua pœna sis omnibus malignis spiritibus Infernalibus, & sis solutio omnium ligaminum, Domine Iesu, Benedicere, ✠ & sanctificare ✠ digneris, per tuam clementiam, & pietatem hanc creaturam incensi, vel Storacis, vt sit defensio contra omnes spiritus malignos, & compulsio facturarum, in quem locum odor huius Incensi venerit, siuè adfuerit, nullus spiritus, nulla incantatio, & nullum maleficium, vel factura, & nulla molestia malignorum, possit durare, neque stare modo aliquo, sed statim omnia Diabolica fugiant procul, per signum Sanctæ Crucis ✠ Amen. Benedic ✠ Domine hanc creaturam Incensi, vel Storacis ad effugandos Dæmones, & omnia aspera sua, per seruum tuum Vbaldum, cui dedisti virtutem ad effugandos Dæmones: Nam Ego N. Sacerdos tuus, Benedico ✠ te creaura Incensi, vel Storacis, & Sanctifico ✠ per eum, quem Cælum, & Cæli Cælorum capere non possunt, & in odore huius Incensi, vel Storacis, Benedicetur domus locus, & cubiculum, ita, vt nullus spiritus possit stare, vbicumque hic odor est, sed fugiat confusus, & domum, locum, atque cubiculum, vbi fuerit talis odor, Benedico, ✠ Sanctico, ✠ & benedictionibus Cælestibus repleo, vt si domus locus, & cubiculum Dei: sit palatium Christi, sit habitaculum Spiritus Sancti, & vt

& vt quisquis fumicatus fuerit his rebus benedictis, benedicatur, & sanctificetur. Te humiliter precor, Domine Iesu Christe, vt hanc creaturam Incensi, Storacis, vel Sulphuris, quam in Nomine tuo purifico ✠ Benedico ✠ & Sanctifico ✠ tua Sancta virtute digneris corroborare; vt odore huius fugiant Dæmones, cum omnibus suis facturis, & armis. In nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *Aspergatur, &c.*

Benedictio Rosarum, Rutæ, Absinthij, &c.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui dixisti germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: sic propter Nomen Sanctum tuum magnum, & glorificatum in Terra, & in Cælo; pone dexterã tuam plenam, larga Benectione super has herbas N. N. & reple eas cunctis Benedictionibus; prout ego N. Sacerdos tuus, in tuo Sancto Nomine Thetragrammaton, & serui tui Vbaldi, eas exorcizo ✠ Benedico ✠ & Sanctifico ✠ vt vbicumque collocatæ fuerint, siuè in domibus, siuè in lectis, vel in cubiculis, vel super se habuerit obsessus, vel odorauerit, vel si quis fuerit ex his fumicatus, vel

in balneo lotus, vel in quibuscunq; locis fuerint, per omnipotentiam tuam, & Passionem filij tui Domini Nostri Iesu Chri, elongetur ab eis, omne malum, omne pericclum, omnes virtutes, & opera Sathanæ, & Ego per eum, qui dat herbam serui-tuti hominum, has herbas N. N. benedico ✠ & sanctifico ✠ ad fugandos Dæmones, ad destruendum omne maleficium, & ad annihilãdum incantamentum, ligamen, facturas, & omnia opera Sathanæ, à corporibus hominum, & à quibusuis locis, omne opus Diaboli factum, vel faciendum, ita, vt ibi nulla habitatio, nulla virtus Diaboli sit in his herbis, sed in nomine Iesu, & Sancti Vbaldi, quorum nomen, & virtutem inuoco, super has herbas, recedant confusi maledicti, & valeat in barathrum, cum omnibus operibus suis hæreticalibus, & inhabitent Sancti Angeli Dei, vt recipiant sanctitatem. In nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *Asperg.*

Benedictio indumentorum personæ, & lecti, &c.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

EXorcizo vos creaturas diuersas indumentorum per eum, qui vos parauit ad ornamentum generis humani, vt sitis indumenta Benedicta ✠ pura ✠ & munda ✠ ab omni virtute Diaboli, & ministrorum eius, & ab omnibus facturis,

ris, & maleficijs, cuiuscumque generis sit, vt vires Diaboli retinere non possitis, sed sitis, in nomine Diui Vbaldi, indumenta pura ✠ Benedicta ✠ & Sanctificata ✠ Quæsumus Domine, vt hæc indumenta purificare ✠ Benedicere ✠ & Sanctificare ✠ digneris, nam Ego Sacerdos tuus, hæc indumenta, in tuo nomine, & Diui Vbaldi benedico ✠ purifico ✠ & sanctifico ✠ Concede Domine, vt qui ea portauerit, & induerit, Cælestis gratiæ, & benedictionis plenitudinem, valeat accipere, vt ab omnibus Dæmonibus, & facturis sit liber, & defensus. In nomine, ✠ &c. *Aspergantur, &c.*

Benedictio Thori.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine, Sancte Pater, qui castigando nos saluas, deprecor Maiestatem tuam super hunc lectum, & super hanc domum, & super omnia, quæ sunt in ea, & super has plumas. Quæ omnia benedico ✠ purifico, & exorcizo ✠ atque sancti ✠ fico, per nomen sanctum tuum, & serui tui Vbaldi, quem deprecor, vt sit in nostro auxilio, & omnium creaturarum, sic, & tu Domine Benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris hunc lectum, domum, & omnia, quæ sunt in ea, & plumas suas,

vtquisquis,& præcipuè hæc creatura N. quæ super has plumas,& lectum prostrata fuerit ad dormiendum, tuam Sanctam Benedictionem recipiat, & dormitet, & secura quiescat: immò omnis spiritus immundus, omne phantasma, omne maleficium, vel factura, ligatura, signatura, & omne opus quomodolibet Diabolicum, in lectum, vel in plumas has, vel in domum hanc factum, destruatur, annihiletur, exterminetur, dissipetur, expellatur, elongetur, quantum est elongatum Cælum à Terra, lux à tenebris, nec amplius reuertatur. Et ego N. Sacerdos Dei destruo ✠ extirpo, & annihilo, vt non reuertatur, & spiritus maledictos, thorum, domum, & tuas creaturas violare volentes, contero ✠ & disperdo ✠ Tu autem Domine multiplica tuas Sanctas Bene ✠ dictiones super lectum, super has plumas, super domum, & super creaturas, quæ habitant in ea, nam ego omnia benedico ✠ & sanctifico ✠ Sacerdotali auctoritate, qua fungor. In nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *Aspergatur, &c.*

Ponat Sacerdos Incensum, super Ignem Benedictum, & fumiget Domum, vel cubiculum, vel lectum. Et ponat in lecto Ceram Agnus Dei, Oliuam Palmarum Benedictarum, cum Sale exorcizato, & Incenso Cerei, cum Auro, & Mirra.

Be-

Benedictio Annuli.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

CReator, & conseruator humani generis. Dator gratiæ spiritualis. Conditor æternæ salutis. Tu Domine emittere digneris Spiritum Sanctum tuum Paraclitum de Cælis, & tuam Sanctam Benedictionem, super annulum hunc, vt sit armatura potens contra omnes virtutes Diabolicas. Et ego in tuo Nomine, eum bene ✠ dico, & Sancti ✠ fico. In nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Benedictio Ignis.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

BEnedico te ✠ Creatura Ignis, atque sanctifico per eum, qui te creauit, qui famulo suo Moysi apparauit, ignea forma, in rubo. Benedico ✠ & exorcizo ✠ atque coniuro ✠ te, ò creatura ignis per eum, qui fecit orbem tremere, & omnia potest, vt aduersus Infernales prædones sis mihi adiutorium, eos in nomine Iesu, & S. Vbaldi affligas, excrucies, & exuras, igne gehennæ sulphureæ. Sic tu Domine Benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris hanc creaturam Ignis, ardens Dæmones, & omnia opera sua, & maleficia, cuiuscumque generi sint, comburat, destruat, &

annihilet, quæ facta sunt, & facta erunt, quæ omnia in nomine tuo, ò Domine, destruo, & annihilo semper: Obsecrans humiliter tuam omnipotentem pietatem, vt huic creaturæ Ignis, eam virtutem conferre, tua benignitate digneris, quæ malignis spiritibus, non solum Infernalium pænarum, amaram recordationem efficiat: verum etiam eos (pro eorum in te, & in nos ministros tuos contumacia) excruciet, exterminet, & expellat, & sic benedico ✠ & sanctifico ✠ hanc creaturam Ignis. In nomine Patris ✠, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

DOmine Deus noster, Omnipotens, lumen indeficiens, conditor omnium hominum, exaudi nos famulos tuos, & bene ✠ dic hunc Ignem, qui tua sanctificatione, & benedi ✠ ctione consecratus est. Tu qui illuminas omnem hominem venientem in hunc Mundum, illumina tenebras cordis nostri, & conscientias nostras, Igne tuæ charitatis, vt tuo lumine igniti, tuo lumine illuminanti, expulsis à cordibus nostris peccatorum tenebris, ad vitam (te illustrante) peruenire mereamur æternam. Per Christum Dominum, &c. *Aspergatur, &c.*

Benedictio Fornacis.

Benedicatur Ignis, vt supra. Et postea dicatur.

La-

Lectio Danielis Prophetæ.

IN diebus illis: Angelus Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem: flamma autem diffusa est per fornacem, cubitis quadraginta nouem: & incedit, quos reperit iuxta fornacem, de Chaldæis ministros Regis, qui eam incendebant, illos autem omnino: non tetigit ignis, neque contristauit, nec quidquam molestiæ intulit: tunc hi tres, quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace dicentes. Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, & laudabilis, & gloriosus in sæcula. Et Benedictum nomen gloriæ tuæ, quod est sanctum, & laudabile, & gloriosum in sæcula. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & laudabilis, & gloriosus in sæcula. Benedictus es super Thronum sanctum regni tui, & laudabilis, & gloriosus in sæcula. Benedictus es super sceptrum Diuinitatis tuæ, & laudabilis, & gloriosus in sæcula. Benedictus es, qui sedes super Cherubim, intuens abyssos, & laudabilis, & gloriosus in sæcula. Benedictus es, qui ambulas super pennas ventorum, & super vndas maris, & laudabilis, & gloriosus in sæcula. Benedicant te omnes Angeli, & Sancti tui, & laudent te, & glorificent in sæcula. Benedi-

dicant te Cæli, Terra, Mare, & omnia, quæ in eis sunt, & laudent te, & glorificent in sæcula. Gloria Patri, &c. laudabili, & glorioso in sæcula. Sicut erat, &c. Et laudabili, & glorioso in sæcula. Benedictus es Domine Deus Patrum nostrorum, & laudabilis, & gloriosus in sæcula. ℣. Dominus vobiscum, &c.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui famulo tuo Moysi in flamma rubi aperuisti, & filios Israel per diem in columna nubis, & per noctem in in columna ignis, vt eis esses dux itineris, vtroque tempore transtulisti, adesto propitius inuocationibus nostris, vt hanc fornacē (desuper adueniente gratia tua) ingenti benedictione, per nostræ humilitatis seruitutem puri ✠ ficare, bene ✠ dicere, & sanctificare digneris, vt tua benedictione succensa, quidquid in ea ad nostros vsus inuenitur, etiam ad gloriam, & ad honorem tuum referatur. Per Dominum nostrum, &c.

Oremus.

DOmine Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, qui per filium tuum, angularem scilicet lapidem, claritatis tuæ fidelibus ignem contulisti, productum ex scilice, nostris profuturum vsibus: Ignem hunc sanctifica, & concede nobis, benedicentibus eum in nomine tuo, & vnigeniti Filij

lij tui Domini Nostri Iesu Christi, & Spiritus Sancti, ità Cælestibus desiderijs inflammari, vt adiuti, contra ignita tela inimici, & illustrati tua gratia cælesti ad perpetuam tuæ claritatis gloriam, puris mentibus valeamus pertingere.

OMnipotens sempiterne Deus, qui sola motus miseratione tua, fructus terræ ad vescendum linum, & ad lanam ad operiendum Ciuitates, & domos ad habitandum humano generi prouidisti. Respice quæsumus super hanc accensam Fornacem, & infunde super eam bene†dictionem tuam; & præsta, vt lapidibus istis optimè in Calcem conuersis ad eas, quas animo concepimus moles, vti fæliciter possimus.

DEus Optime, & Sanctissime, qui surgentes lapides erigi, ac leuigare calce voluisti, vt in eis omnia legis tuæ præcepta scriberentur, concede nobis famulis tuis, vt calx ista, omni impedimento, vel aduersitate remota, eam sortiatur perfectionem, quam pro tui gloria, & nostra vtilitate postulamus.

BEnedic ✠ Deus hanc Fornacem, cuius voluntati, potestatique non est, qui va eat resistere, tu qui vento, & mari imperas, & obediunt tibi tu Domine, qui nos, per virtutum omnium excellentissimam charitatem tibi adherere voluisti, da nobis etiam, vt ipsis Fornacis, alius quam expectatur

tatur euentus, finisq; non existat, sed talis euadat, vt ad quamcunque libuerit molem exstruendam, nobis lætantibus vsui esse possit. Per Christū, &c.

Circumeatur Fornax benedicendo eam Aqua Benedicta, dicendo.

BEnedictio Dei Omnipotentis, Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti, descendat super hanc Fornacem, super ignem, & super omnia, quæ in ea sunt, nec non super nos, & maneat semper. Amen.

Benedictio Domus.

Accendatur vna Candela Benedicta, & Crux antecedat.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qi fecit Cælum, & Terram.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis, præcæteris, tantam gratiam contulisti, vt quicquid in tuo nomine dignè, perfectèque ab his agitur, à te fieri credatur, quæsumus immensam clementiam tuam, vt quod modo visitaturi sumus, visites quicquid benedicturi benedicas ✠ & ad ea, quæ acturi sumus, dexteram tuæ potentiæ extendas, fiatque ad nostræ humilitatis ingressum, & introitum, Sanctorum tuorum meritis, fuga Dæmonum, & Angeli pacis ingressus. Per Christum, &c.

Ore-

Oremus.

DOmine Sancte Pater per merita Sancti Vbaldi Episcopi Benedic ✠ domum istam, Benedic ✠ introitum nostrum. Benedic ✠ ingressum pedum nostrorum, sicut dignatus es, Domum Patrum nostrorum Abraham, Isaac, & Iacob, benedicere. O Domine Iesu Christe, qui Discipulis tuis dixisti in quamcumque domum intraueritis, salutate eam dicentes: Pax huic Domui quæsumus veniat pax illa, super domum istam, & super omnes famulos, & famulas tuas, & eos Domine, ab omni infirmitate eripere, & liberare dignare, & reple centesimo fructu Vini, & Olei, & frumenti, & in futurum illis æternam concede gloriam. Qui viuis, & regnas, &c.

BEnedic ✠ Domine Domum istam, & locum istum, cum ædificijs suis, vt sit ibi sanitas, sanctitas, virtus, & gloria, atque humilitas, bonitas, & mansuetudo, caritas, & plenitudo legis, obedientiaq; Deo Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Hæc Bene ✠ dictio sit super domum istam, super locum istum, & super omnes habitantes in eo. Per Christum, &c.

SAncti Angeli Dei descendant in hanc domum, & eam defendant, & protegant, ab omnibus Dæmonibus, & facturis per pietatem Dei semper. Amen.

Con-

COnserua Domine domum istam, in æternum impollutam, quam à spiritibus immundis flagellantibus, nunc mundo ✠ purgo ✠ benedico ✠ & Sanctifico. ✠ Egrediatur fons de domo tua Domine super domum istam, vt irrigetur misericordia tua, & dic Angelo percutienti. Cesset iam manus tuas, appareat Maiestas tua, & sanctificet ✠ hoc habitaculum. Sancta Maria Virgo, inuoco nomen tuum super hanc domum, & locum: benedic eum, quia tu es Mater Misericordiæ, & consolatrix afflictorum. S. Pater Vbalde exurge, & per Passionem Iesu Christi Benedic ✠ & Sanctifica ✠ hanc domum, & locum istum, vt Dæmones, & eorum maleficia non possint latere: neq; stare in hac domo, vel loco; nam Ego Sacerdos Dei, & seruus tuus, in tuo nomine destruo ✠ & annihilo ✠ facturas, & omnia maleficia facta, vel fienda in hac domo, vel loco, & benedico † sanctifico † hanc domum, & locum, vt Dæmones, & *facturæ* non possint stare, nec durare, sed nunc omnia destruantur, & deficiant. In nomine Patris, &c.

PEto Domine, per tuam bonitatem, vt hæc domus, & locus sit benedictus † à tua sancta dextera, vt sit ignis ardens Dæmonibus, qui semper fugiant confusi, nec vllo modo possint stare, nec latere, vel die, vel nocte, vt omnes habitantes securi sint, & quiescant in sua pace sine turbatione,

vel

vel ſtrepitu, & ſine aliquo nocumento diabolico, ſed tua benedictio † ſit ſemper ſuper hanc domum, & locum iſtum, & ſuper omnes habitantes in eo. Amen. Pax, & benedictio Sanctiſſimæ Trinitatis ✠ & Sancti Vbaldi deſcēdat ſuper Domum hanc, vt habitantes in ea poſſint deuotè orare, quietè dormire, comedere, bibere, & alia naturalia agere, & liberè exercere. Per Dominum, &c. *Aſperg.*

Benedictio Thalami.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine Thalamum hunc, & omnes habitantes in eo, vt in tua pace conſiſtant, in tua voluntate permaneant, & ſeneſcant, & multiplicentur in longitudinem dierum, & ad Regna Cælorum perueniant. Per Chriſtum Dominũ, &c. *Aſpergatur, &c.*

Coniuratio Cartæ in qua debent ſcribi verba appendenda collo vexati, vel ſecum deferenda.

COniuro te † Carta, per verba illa tituli triumphalis, Saluatoris Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & per omnia alia verba, quæ dicuntur de Creatore omnium creaturarum, & per illum, qui poteſt tribuere, & facere, quod tantam obtineas virtutem, vt omnia, quæ ſuper te ſcribentur, ad effe-

ctum

ctum salutis æternæ porducere valeas: vt omnis fallacia, & virtus diaboli exeat de te, & intret in te omnis virtus prædicta sine mora. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen. *Asperg.*

Deinde scribat super eam hæc verba.

I. QVI Verbum caro factum est, & habi-
N ✠ R. tauit in nobis, nascens ex Maria Vir-
I. gine, per ineffabilem pietatem, & misericordiam suam pijssimam, & per intercessionem, & merita eiusdem B. M. V. & Angelorum, Sanctorumq; omnium, & maximè Apostolorum, & Euãgelistarum suorum Ioannis, Matthæi, Marci, & Lucæ, ipsum quæso, vt dignetur me liberare, & consciruare per virtutem suæ amarissimæ Passionis ab omni infestatione Sathanæ, & ministrorum eius. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto, &c. Ecce Crucem ✠ D.N.I.C. fugite partes aduersæ, vicit Leo de Tribu Iuda radix Dauid. Alleluia. Allel.

Ad cognoscendum si aliquis vexetur à spiritibus immundis, scribe hæc nomina Sancta Dei in carta benedicta, vt supra, & pone illa super patiente, ipso nesciente.

Non si pensi qualch'vno, che la particola (ipso nesciente) *sia di superstitione, seruendo di cautella per discernere se da vero sia la persona istessa, ò chimericamente, se non viziosa, per tales s'appalesi furbescamente, turbandosi, disordinandosi, senza sapere di portarsi rimedio spirituale dimostrerà per*

per certo il male deriuare da Satanasso.

IN nomine Patri † & Filij † & Spiritus Sancti † Hel † Heloym † Sother † Emmanuel † Sabaoth † Agla † Tetragammaton † Agyos † Otheos † Ischyros † Athanatos † Iehoua † Ya † Adonay † Saday † Homousion † Messias † Esereheyo † Increatus Pater † Increatus Filius † Increatus Spiritus † Sanctus. Iesus Christus vincit ✠ Christus regnat † Christus imperat † si Diabolus ligauit, vel tentauit te N. suo effectu, vel per sua opera, Christus Filius Dei viui per suam misericordiam, liberet te, ab omnibus spiritibus immundis, qui venit de Cælo, Incarnatus est in Vtero Beatissimæ Virginis Mariæ, causa humanæ salutis, & eijciendi Di bolum, & omnem malignum spiritum à te in profundum Inferni, & abyssi. Ecce Crucem Domini † fugite partes aduersæ, vicit Leo de Tribu Iuda radix Dauid.

Benedictio Maleficiati.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

BEnedicat † tibi Dominus, & custodiat te, ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat vultum suum ad te, & det tibi pacem, Dominus bene † dicat tibi N. & liberet te ab omni malo, & ab omnibus insidijs inimicorum. Dominus Iesus † Christus apud te sit, vt te defendat

dat intra te sit, vt te conseruet, ante te sit, vt te deducat, post te sit, vt te custodiat, supra te sit, vt te benedicat † & liberet te ab omnibus maleficijs, incantationibus. ligationibus, signaturis, & facturis. Dominus Iesus † Christus te absoluat ab omni vinculo facturæ, & maleficij (per virtutes, & potentias spirituum malignorum) tibi facto, vt nocere tibi non possit, siuè sit in aere, aut in plumbò, aut in argento, aut in auro, aut in aliquo filato bombacino, vel serico, vel lineo, vel in ossibus hominum mortuorum, vel viuentium, vel animalium terrestrium, vel volatilium, vel aqueorum; & si est in libro, vel in carta, etiam virginea, vel in aliquo ligno, vel in aliquibus verbis, vel in herbis, vel in capillis, vel in lapidibus, vel in plumis, vel in lana, vel in paleis, vel in quibusuis creaturis, & si est in sepulchro Hæbreorum, Paganorum, Hæreticorum, vel Christianorum, & si est in agro, vel vinea, vel in horto, vel in pratis, vel in nemoribus, aut in montibus, vel in superciliijs montium, vel in vallibus, vel in cauernis, vel in fontibus, vel extra, & si est ab oriente, vel occidente, vel septentrione, vel meridie, vel in vestimentis, vel in cincturis, vel in trinio, aut in domo, vel domibus, vel in pariete, vel in thoro, aut insuper, aut desuper in rebus domus, vel in strato, aut in arbore, aut in fouea, aut in putheo,

vel

vel cisterna, aut in profundo, vel abysso, aut in silua, vel spelunca solitaria, aut in deserto, vel in diuisionibus marium, vel fluminum, vel in statua, vel in clausura ferrea, vel lingua, vel in coniunctura membrorum, vel consumptum per ignem, vel potatione, vel cōmestione, vel tactu, vel visu, vel odoratu, vel auditu, vel quocumque loco fit, quomodocumque, qualitercumque factum sit, etiam ad mortem, terminetur, dissoluatur, eradicetur, & sub quibus verbis, & rebus, quæ omnia, nocere tibi non possint, & non habeant potestatem super te N. nec in die, nec in nocte, neque orando, neque vigilando, neque dormiendo, nec sedendo, neque stando, neque tua naturalia exercendo, nec in noua, nec in veteri lege, nec in vlla hora diei, neque noctis, neque habeant potestatem intrandi domum tuam, nec in vlla figura appareant. Dominus Iesus ✠ Christus soluat, & liberet te N. ab omnibus malis tentationibus, phātasmatibus, & ab omni factura, & potestate Diabolica, & ab omni vinculo maleficij, & ab omnibus periculis animæ, & corporis. Per nomen Dei, qui est Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, Rex magnus, glorificatus, & adoratus viuificatus in Cœlo, & in terra. Aperiat tibi Deus ianuam dilectionis suæ coram omnibus Sanctis Angelis suis; videlicet, Michaele, Gabriele, Raphaele, Che-

rubim, & Seraphim, omnibus Angelis, & Archangelis, Thronis, Dominationibus, Principatibus, Potestatibus, & Virtutibus Cælorum, & Beatorum spirituum, & per Sanctum Ioannem Baptistam, & per omnes Patriachas, atq; Prophetas, & orationes, & merita Apostolorum, & Euangelistarum, & per Orationes omnium Sanctorum, & Sanctarum. Per sua Sancta Nomina, Iesus ✠ Christus te N. liberare dignetur ✠ Christus vincit ✠ Christus regnat ✠ Christus imperat † Christus ab omni malo te defendat. Amen. *Aspergatur.*

Exorcismi faciendi super obsessos à Dæmone.

Qui debet exorcizare sit mundissimus corde, cautissimus, & discretissimus, & (si potest) antequam exorcizet sit refectus Pane Cælesti. Postea indutus superpelliceo, & Stolla violacea (cuius extrema pars circa collum obsessi circumponatur) seipsum, & circumstantes muniat signum Crucis, & aspergat Aqua benedicta; Mox recitet Litanias Sanctorum vsque ad preces exclusiuè, deindè Antiphonam.

Ne reminiscaris, &c. Pater noster, &c. Et ne nos, &c.

Psal Deus in nomine tuo saluum me fac, &c.

℣. Saluum fac seruum tuum.

℞. Deus meus sperantem in te.

℣ Esto ei Domine turris fortitudinis.

℞ A facie inimici.

℣. Ni-

℣. Nihil proficiat inimicus in eo.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.
℣. Mitte ei Domine auxilium de Sancto.
℟. Et de Sion tuere eum.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, Pater Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui illum refugam tyrannum, & apoſtatam gehennæ ignibus deputaſti, quinque Vnigenitum tuum in hunc Mundum miſiſti, vt illum rugientem contereret, velociter attende, accelera, vt eripias hominem ad imaginem, & ſimilitudinem tuam creatum à ruina, & Dæmonio meridiano. Da Domine terrorem tuum ſuper beſtiam, quæ exterminat vineam tuam. Da fiduciam ſeruis tuis contra nequiſſimum Draconem. Pugnare fortiſſime, ne contemnat ſperantes in te, & ne dicat, ſicut in Pharaone, qui iam dixit: Deum non noui, nec Iſrael non dimitto. Vrgeat illum, dextera tua potens, diſcedere à famulo N. vel famula N. tua, ne diutius præſumat, captiuum tenere, quem tu ad Imaginem tuam facere dignatus es, & in Filio tuo redemiſti. Qui tecum viuit, &c.

Deindè præcipiat Dæmoni in hunc modum.

PRæcipio tibi, quicumq; es ſpiritus immunde, & omnibus ſocijs tuis, hunc Dei famulum, vel famulam obſidentibus, vt per myſteria Incarnationis, Paſſionibus, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, per miſſionem Spiritus Sancti, & per Aduentum eiuſdem Domini Noſtri ad iudicium, dicas mihi nomen tuum diem, & horam exitus tui, cum aliquo ſigno, & vt mihi Dei miniſtro (licet indigno) prorſus in omnibus obedias, neq; hanc creaturam Dei, vel circumſtantes, aut eorum bona vllo modo offendas. Initium † Sancti Euangelij † ſecundum Ioannem. †

Hæc dicens ſignet ſe, & obſeſſum in fronte, ore, & pectore.

Gloria tibi Domine.

In principio erat Verbum, &c. *vt infra in benedictione nouæ Nauis in finem. Deindè.*

Lectio Sancti Euangelij ſecundum Marcum.

IN illo tempore; Dixit Ieſus Diſcipulis ſuis: Euntes in Mundum vniuerſum prædicate Euāgelium omni creaturæ. Qui crediderit, & Baptizatus fuerit, ſalus erit. Qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis; ſerpentes tollent, & ſi mortiferum, quid biberint, non eis nocebit, ſuper ægros manus imponent, & benè habebunt.

Lectio

Lectio Sancti Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore: reuersi sunt septuagintaduo, cum gaudio dicentes ad Iesum. Domine etiam Dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Videm Sathanam, sicut fulgur de Cælo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcanti supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit, veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in Cælis. Laus tibi Christe.

℣. Domine exaudi, &c. Dominus, &c.

Oremus.

OMnipotens Domine, Verbum DEI Patris, Christe Iesu, Deus, & Dominus vniuersæ creaturæ, qui Sanctis Apostolis tuis dedisti potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, qui inter cætera mirabilium tuorum præcepta, dignatus es dicere, Dæmones effugate, cuius virtute motus, tanquam fulgur de Cælo Sathanas cecidit, tuum Sanctum Nomen cum timore, & tremore suppliciter deprecor, vt indignissimo mihi seruo tuo, (data venia omnium delictorum meorum) constantem fidem, & potestatem donare digneris, vt hunc crudelem Dæmonem, brachij tui sancti munitus potentia, fidenter, & securus aggrediar. Per te Iesu Christe, Domine Deus noster, qui venturus

turus es iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Deinde muniens se, & obsessum signo Crucis (dextera manu sua capiti eius imposita) magna fide dicat.

ECce Crucem † Domini, fugite partes aduersæ, vicit Leo de Tribu Iuda radix Dauid.

℣. Domine exaudi, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus, & Pater Domini Nostri Iesu Christi inuoco Nomen Sanctum tuum, & clementiam tuam supplex exposco; vt aduersus hunc, & omnem immundum spiritum, qui vexat hoc plasma tuum, mihi auxilium præstare digneris. Per eumdem Dominum, &c.

EXorcizo te immundissime spiritus, omnis incursio aduersarij, omne phantasma, omnis legio. In nomine Domini Iesu Christi † eradicare, & effugare ab hoc plasmate Dei. † Ipse tibi imperat, qui te de supernis Cælorum, in inferiora terræ demergi præcepit. Ipse tibi imperat, qui mari ventis, & tempestatibus imperauit. Audi ergo, & time Sathana, inimice fidei hostis generis generis humani, mortis adductor, vitæ raptor, iustitiæ declinator, malorum radix, fomes vitiorum, seductor hominum, proditor gentium, incitator inuidiæ, origo auaritiæ, causa discordiæ, excitator dolorum, quid stas, & resistis, eum scias

Chri-

Christum Dominum vires tuas perdere? Illum metue, qui in Isaac immolatus est, in Ioseph venundatus, in agno occisus, in homine Crucifixus, deindè Inferni triumphator fuit. (*Sequentes Cruces fiant in fronte obsessi.*) Recede ergo in nomine Pa†tris, & Fi†lij, & Spiritus†Sancti. Da locum Spiritui Sancto, per hoc signum † Crucis Iesu Christi Domini Nostri. Qui cum Patre, & eodem Spiritu Sancto, &c.

℣. Domine exaudi, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus conditor, & defensor generis humani, qui hominem ad imaginem tuam formasti, respice super hunc famulum tuum, qui dolis immundi spiritus appetitur, quē vetus aduersarius, antiquus hostis terræ, formidinis horror circumuolat, & sensum mentis humanæ stupore defigit, terrore conturbat, & metu trepidi timoris exagitat. Repelle Domine virtutem Diaboli, fallacesque eius insidias amoue: procul impius tentator aufugiat: sit nominis tui signo † in fronte famulus tuus munitus, & in anima tutus, & corpore.

Tres Cruces sequentes fiant in pectore Dæmoniaci.

TV pectoris † huius interna custodias. Tu viscera † regas. Tu cor † confirmes: in anima aduersatricis potestatis tentamenta euanescant. Da Domine ad hanc inuocationem Sanctissimi

Nominis tui gratiam, vt qui hucuſque terrebat, territus aufugiat, & victus abſcedat, tibique poſſit hic famulus tuus, & corde firmatus, & mente ſincerus, debitum præbere famulatum. Per Dominum noſtrum, &c.

Exorciſmus.

ADiuro te ſerpentes antique per Iudicem viuorum, & mortuorum, per factorem tuum, per factorem Mundi, per eum, qui habet poteſtatem mittendi te in gehennam, vt ab hoc famulo Dei: qui ad Eccleſiæ ſinum recurrit, cum metu, & exercitu furoris tui feſtinus diſcedas. Adiuro te iterum (*in fronte*) non mea infirmitate, ſed virtute Spiritus Sancti, vt exeas ab hoc famulo Dei, quem omnipotens Deus ad imaginem ſuam fecit. Cede igitur, cede non mihi, ſed miniſtro Chriſti: Illius enim te vrget poteſtas, qui te Cruci ſuæ ſubiugauit. Illius brachium contremiſce, qui deuictis gemitibus Inferni, animas ad lucem perduxit. Sit tibi terror corpus hominis (*in pectore*) ſit tibi formido, imago Dei † (*in fronte*) ne reſiſtas, nec moreris diſcedere ab homine iſto, quoniam complacuit Chriſto, in homine habitare, & ne contemnendum putes, dum me peccatorem nimis eſſe cognoſcis. Imperat tibi Deus. † Imperat tibi Maieſtas Chriſti. † Imperat tibi Deus Pater. † Imperat tibi Deus Filius. † Imperat tibi Deus Spiri-

tus

tus Sanctus: † Imperat tibi Sacramentum Crucis. † Imperat tibi fides Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, & cæterorum Sanctorum. † Imperat tibi Martyrum Sanguis. † Imperat tibi continentia Confessorum. † Imperat tibi pia Sanctorum, & Sanctarum omnium intercessio. † Imperat tibi Christianæ Fidei Mysteriorum virtus. † Exi ergo transgressor. Exi seductor plenè omni dolo, & fallacia, virtutis inimice, innocentium persecutor. Da locum dirissime. Da locum impijssime. Da locum Christo, in quò nihil inuenisti de operibus tuis, qui te spoliauit, qui regnum tuum destruxit, qui te proiecit in tenebras exteriores, vbi tibi cum ministris tuis, erit præparatus interitus. Sed quid truculenter reniteris? quid temerariè detrectas? Reus es omnipotenti Deo, cuius statuta transgressus es. Reus es Filio eius Iesu Christo Domino nostro, quem tentare ausus es, & Cruci affigni præsumpsisti. Reus es humano generi, cui tuis persuasionibus mortis venenum propinasti. Adiuro ergo te draco nequissime in nomine Agni † immaculati, qui ambulauit super aspidem, & basiliscum, qui conculcauit leonem, & draconem, vt discedas ab hoc homine (*in fronte*) discedas ab Ecclesia Dei † (*super circumstantes*) contremisce, & effuge, inuocato nomine Domini illius, quem inferi tremunt, cui virtutes

tutes Cælorum, & Potestates, & Dominationes subiectæ sunt, quem Cherubim, & Seraphim, indefessis vocibus laudant, dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Imperat tibi Verbum † Caro factum. Imperat tibi † natus ex Virgine. Imperat † tibi Iesus Nazarenus, qui te (cum discipulos eius contemneres) elisum, atque prostratum, exire præcepit ab homine (quo præsente) cum te, ab homine separasset, nec porcorum gregem ingredi præsumebas. Recede ergo, nunc adiuratus, in nomine † eius ab homine, quem ipse Plasmauit. Durum est tibi velle resistere. † Durum est tibi, contra stimulum calcitrare. † Quia quantò tardius exis, tantò magis tibi supplicium crescit; quia non homines contemnis, sed illum, qui dominatur viuorum, & mortuorum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

℣. Domine, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus Cæli, Deus Terræ, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus, qui potestatem habes donare vitam post mortem, requiem post laborem, quia non est alius Deus præter te, nec esse poterit verus, nisi tu. Creator Cæli, & Terræ, qui verus Rex es, & cuius Regni non est finis, humiliter Maies-

tatem

tatem Gloriæ tuæ ſupplico, vt hunc famulum tuũ, de immundis ſpiritibus liberare digneris. Per Chriſtum Dominum, &c.

Exorciſmus.

ADiuro ergo te omnis immundiſſime Spiritus, omne phantaſma, omnis incurſio Sathanæ. In nomine Ieſu Chriſti ✠ Nazareni, qui poſt lauacrum Iordanis in deſertum ductus eſt, & te in tuis ſedibus vicit, vt quem ille de limo terræ, ad honorem gloriæ ſuæ formauit, tu deſinas impugnare, & in homine miſerabili, non humanam fragilitatem, ſed imaginem omnipotentis Dei contremiſcas. Cede ergo Deo † qui te malitiam tuam in Pharaone, & in exercitu eius per Moyſen ſeruum ſuum, in abyſum demerſit. Cede Deo † qui te, per fideliſſimum ſeruum ſuum Dauid, de Rege Saule, Spiritualibus Canticis pulſum fugauit. Cede Deo, † qui te in Iuda Iſcariote proditore, damnauit. Ille enim te Diuinis verberibus tangit (in cuius conſpectu cum tuis legionibus tremens, & clamans dixiſti:) Quid nobis, & tibi Ieſu Fili Dei Altiſſimi, Veniſti huc ante tempus torquere nos? ille te perpetuis flammis vrget, qui in ſine temporum dicturus eſt impijs. Diſcedite à maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Tibi enim, impie, & Angelis tuis vermes, erunt, qui nunquam morientur. Ti-

b

tutes Cælorum, & Potestates, & Dominationes subiectæ sunt, quem Cherubim, & Seraphim, indefessis vocibus laudant, dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Imperat tibi Verbum † Caro factum. Imperat tibi † natus ex Virgine. Imperat † tibi Iesus Nazarenus, qui te (cum discipulos eius contemneres) elisum, atque prostratum, exire præcepit ab homine (quo præsente) cum te, ab homine separasset, nec porcorum gregem ingredi præsumebas. Recede ergo, nunc adiuratus, in nomine † eius ab homine, quem ipse Plasmauit. Durum est tibi velle resistere. † Durum est tibi, contra stimulum calcitrare. † Quia quantò tardius exis, tantò magis tibi supplicium crescit; quia non homines contemnis, sed illum, qui dominatur viuorum, & mortuorum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

℣. Domine, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus Cæli, Deus Terræ, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus, qui potestatem habes donare vitam post mortem, requiem post laborem, quia non est alius Deus præter te, nec esse poterit verus, nisi tu. Creator Cæli, & Terræ, qui verus Rex es, & cuius Regni non est finis, humiliter Maiestatem

tatem

:atem Gloriæ tuæ ſupplico, vt hunc famulum tuũ, le immundis ſpiritibus liberare digneris. Per Chriſtum Dominum, &c.

Exorciſmus.

ADiuro ergo te omnis immundiſſime Spiritus, omne phantaſma, omnis incurſio Sathanæ. In nomine Ieſu Chriſti ✠ Nazareni, qui poſt lauacrum Iordanis in deſertum ductus eſt, & te in tuis edibus vicit, vt quem ille de limo terræ, ad honorem gloriæ ſuæ formauit, tu deſinas impugnare, & in homine miſerabili, non humanam fragilitatem, ſed imaginem omnipotentis Dei contremiſcas. Cede ergo Deo † qui te malitiam tuam in Pharaone, & in exercitu eius per Moyſen ſeruum ſuum, in abyſum demerſit. Cede Deo † qui te, per fideliſſimum ſeruum ſuum Dauid, de Rege Saule, Spiritualibus Canticis pulſum fugauit. Cede Deo, † qui te in Iuda Iſcariote proditore, damnauit. Ille enim te Diuinis verberibus tangit (in cuius conſpectu cum tuis legionibus tremens, & clamans dixiſti:) Quid nobis, & tibi Ieſu Fili Dei Altiſſimi, Veniſti huc ante tempus torquere nos? ille te perpetuis flammis vrget, qui in fine temporum dicturus eſt impijs. Diſcedite à maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Tibi enim, impie, & Angelis tuis vermes, erunt, qui nunquam morientur. Ti-

bi,

bi, & Angelis tuis, inextinguibile præparatur incendium, quia tu es Princeps maledicti homicidij: tu auctor incestus: tu sacrilegiorum caput: tu actionum pessimarum magister: tu hæreticorum doctor; tu totius obscænitatis inuentor. Exi ergo † impie. Exi † scelerate. Exi † cum omni fallacia tua; quia hominem templum suum esse voluit Deus. Sed quid diutius moraris hic? Da honorem Deo Patri omnipotenti † cui omne genuflectitur. Da locum Domino Iesu Christo † qui pro homine, Sanguinem suum Sacratissimum fudit. Da locum Spiritui Sancto † qui per Beatum Apostolum suum Petrum, te manifestè stranit, in Simone Mago, qui fallaciam tuam in Anania, & Saphira condemnauit, qui te in Herode Rege, honorem Deo non danti percussit, qui te in mago Elima, per Apostolum suum Paulum, cæcitatis caligine perdidit, & per eumdem, de Phytonissa, Verbo, imperans, exire præcepit. Discedite ergo nunc † discedite seductor † Tibi eremus sedes est. Tibi habitatio serpens est: humiliare, & prosternere. Iam non est differendi tempus. Ecce enim dominator Dominus proximat citò, & ignis ardebit ante ipsum, & præcedet, inflammabit in circuitu inimicos eius. Si enim hominem fefelleris, Deum non potes irridere. Ille te eijcit, cuius oculis nihil occultum est. Ille te expellit, cuius

vir-

virtuti, vniuersa subiecta sunt. Ille te excludit, qui tibi, & Angelis tuis præparauit æternam gehennam, de cuius ore exibit gladius acutus, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Hæc omnia repeti poterunt, donec obsessus fuerit liberatus, iuuabit etiam dicere deuotè, sæpèque repetere. Pater noster, &c. Aue Maria, &c. Credo, &c. Magnificat, &c. Benedictus, &c. Nunc dimittis, &c. Symbolum S. Athanasij. *Psalm.* Qui habitat, &c. Exurgat Deus, &c. Deus in adiutorium meum intende, &c. Confitemini Domino quoniam bonus, &c. Iudica Domine nocentes me, &c. In te Domne speraui, &c. Deus Deus meus respice in me, &c. Domine quid multiplicati sunt, &c. In Domino confido, &c. Vsquequò Domine obliuisceris in finem, &c.

Qui Psalmi videndi erunt in Rituali Romano, prout necessitas vrgebit, vbi latius Documenta exorcizandi inueniatur circa finem.

Oremus.

DEus, qui per vnigenitum tuum (exclusa dominatione Diaboli) Populum tibi fidelem aptasti, expelle quæsumus à famulo tuo, cunctis diabolicæ illusionis insidias, & eum illibatum ab omni eius impugnatione conserua. Per eumdem, &c. In nomine Patris, † & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Omni-

OMnipotens æterne Deus, à cuius facie, Cæli distillam, montes sicut cera liquescunt, terra tremuit, cui patent abyssi, quem Infernus pauescit, quem omnis terrarum motus aspicit, humiliter, & supplex te deprecor, dominator Domine, vt inuocatione nominis tui, ab huius famuli tui N. vexatione, anima liberata, ad Auctorem suæ salutis recurrat, libertoremque suum diabolico depulso fætore, & odore suauissimi Spiritus Sancti percepto sequatur. Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum, &c.

Aspergatur, &c. post liberationem.

Oratio.

ORamus te Domine Omnipotens Deus, vt spiritus iniquitatis, amplius non habeat potestatem in hoc famulo tuo N. sed fugiat, & non reuertatur. Ingrediatur in eum (te iubente) bonitas, & pax Domini nostri Iesu Christi, per quem redempti sumus, & ab omni malo non timemus, quia Dominus nobiscum est. Qui viuit, & regnat Deus, &c.

Poterunt dici, pro gratiarum actione, Litaniæ B. Virginis Mariæ, &c. Te Deum laudamus, &c. prout in Domino, magis expedire videbitur.

Benedictio Nominis IESV.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Ore-

Oremus.

BEnedic ✠ Domine Iesu Christe, hanc tui Sanctissimi Nominis impræssionem, & concede, vt sicut in fide ipsius, claudum à natiuitate ambulare fecisti, cum dixit ei Petrus: In Nomine Iesu Christi Nazareni, surge, & ambula, sic tua creatura, hanc tui Sanctissimi Nominis impræssionem, apud se deuotè portans, ab omni sua infirmitate, per tuam pijssimam misericordiam liberari mereatur. Per Christum, &c. *Asperg.*

Benedictio Crucis.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

ROgamus te, Domine Sancte Pater, omnipotens æterne Deus, vt digneris bene ✠ dicere hoc signum Crucis, vt sit remedium salutare generi humano, sit solliditas fidei, profectus bonorum operum, redemptio animarum; sit solamen, & perfectio. Per Dominum, &c.

BEnedic ✠ Domine quæso, hanc Crucem, per quam eripuisti Mundum à potestate dæmonum, Sanctifica Domine istud signaculum Passionis tuæ; vt sit inimicis tuis obstaculum, & credentibus in te, auxilium perpetuum: in quocumque loco fuerit collocatum, nulla sit habitatio dæmonum, sed fugiant confusi, & elongentur ab ipso

loco,

loco, & habitantibus in eo, quantum elongatum est, Cælum à Terra, sed habitent Angeli Sancti fortissimi, locum, & habitatores protegentes. Qui viuis, &c.

Aspergatur, &c. & dicatur.

Sanctificetur istud lignum in nomine Patris, ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, vt orantes, inclinatesque, se propter Dominum ante istam Crucem, inueniant sanitatem corporis, & animæ. Amen.

Benedictio Candelarum.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine Iesu Christe Fili Dei viui. Benedic ✠ Candelas istas, supplicationibus nostris, infunde eis Domine, per virtutem Sanctæ Cru ✠ cis Benedictionem Cælestem, qui eas ad repellendas tenebras humano genere tribuisti, talemque Benedictionem, signaculo Sanctæ Cru ✠ cis accipiant, vt quibuscumque in locis accensæ, siue positæ fuerint, discedant Principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pauidi, cum omnibus ministris suis, & facturis ab habitationibus illis, nec præsumant amplius inquietare, vel molestare seruientes tibi Omnipotenti Deo. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. *Aspergantur, &c.*

Be-

Benedictio Cilicij.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui corporibus pænitentibus, hoc indumentum imposuisti, & per illud misericordiam, & veniam tribuisti: oramus clementiam tuam, sit indumentum hoc, quod vocatur Cilicium, benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris, vt quicumque eo pro peccatis indutus fuerit, & nimiam tuam implorauerit veniam Indulgentiam tuæ Sanctæ Misericordiæ, consequatur. Per Dominum, &c. *Aspergatur, &c.*

Benedictio Indumenti.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui tegumen nostrę mortalitatis induere dignatus es. Obsecramus immensam tuæ largitatis abundantiam, vt hoc genus vestimenti, ita bene ✠ dicere, & sanctifi ✠ care digneris, vt qui illud assumere intendit exterius, te intus veraciter induere mereatur. Qui viuis, &c. *Aspergatur, &c.*

Dum aliquis vestitur indumento Benedictio dicatur.

INduat te, Dominus, nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Amen.

DOmine Iesu Christe, qui dixisti: Iugum meũ suaue est, & onus meum leue, præsta quæsumus, vt hic famulus tuus, sic istud deportare valeat, vt possit consequi tuam gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Per Christum, &c.

Sumendo Caputium dicatur.

POne Domine Caputium salutis in capite eius, ad expugnandas Diabolicas fraudes. Per Christum, &c.

Benedictio Funis.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus, qui vt seruum redimeres Filium tuum, per manus impiorum ligari voluisti. Bene✠dic quæsumus Cingulum istud, & præsta, vt famulus tuus, qui eo velut ligamine pænitentiali sui corporis cingetur, vinculorum eiusdem Domini Nostri Iesu Christi, perpetuo existat, tuisque cum effectu, semper obsequijs, se alligatum esse cognoscat. Per eumdem, &c. *Aspergatur.*

Si cingendus erit dicatur.

PRæcingat te Dominus Cingulo puritatis, & extinguat in lumbis tuis humorem libidinis, vt maneat in te virtus continentiæ, & castitatis. Per Christum, &c. *Aspergatur, &c.*

Benedictio cuiuscumq; rei tàm commestibilis, quàm non.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

BEnedic ✠ Domine creaturam istam N. vt salutare remedium sit facturæ tuæ, quam pretioso sanguine redemisti, & præsta per inuocationem tui Sancti Nominis, & S. Vbaldi serui tui, vt quisquis, ea vsus fuerit benedictionem recipiat, & salutem, atque contra omnes morbos, ac vniuersas insidias Diaboli, & inimicorum tutamen sit, & ego N. tuus Sacerdos in nomine tuo, & Diui Vbaldi Episcopi hanc creaturam N. Benedico ✠ atque sanctifico ✠ vt sit defensiculum creaturis tuis, & ignis ardens Dæmoniorum, & sit destructio, & expulsio, atque annihilatio omnium facturarum, & Diabolorum. In nomine Patris, ✠ &c. *Aspergatur.*

Benedictio Salis, & Aquæ contra vermes, & Aues.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, mitte Spiritum Sanctum tuum, cum Angelis, & Archangelis, cum Thronis, & Dominationibus, & cum eis omnes Sanctos, & Electos tuos, vt defendant segetes nostras, à vermibus malis, & auibus, & magnificetur nomen tuum in omni loco. Per Christum, &c.

Oremus.

BEne ✠ dic Domine hanc creaturam Salis, & Aquæ, vt fugiant vermes, & volucres à nostris segetius, propter nomen Domini nostri Iesu Christi, quod inuocatum est in ipsa creatura messis, vt fiat alimentum omnibus, qui viuunt ex ea. Per eumdem, &c.

Benedictio contra Aues, & Vermes noxios.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

PReces nostras quæsumus Domine clementer exaudi, vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, & hæc auium, vermium, seù murium, aut locaustrum, vel aliorum animalium, persecutionem patimur, pro tui Nominis gloria, ab ea misericorditer liberemur, vt procul à tua potentia expulsi, nulli noceant, & hos campos, agros, vel vineas, aut aquas in tranquillitate, & quiete dimittant; quatenus ex eis surgentia, & orta, tuæ Maiestati deseruiant, & nostræ necessitati subueniant. Per Christum, &c.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximus miserator, in cuius nomine, omnia genuflectuntur Cælestia, Terrestria, & Infernalia: tua potentia

tia nobis peccatoribus concede, vt quod de tua misericordia confisi agimus; per tuam gratiam efficacem eius consequamus effectum, quatenus, hos pestiferos vermes, vel mures, aues, vel locustas, vel alia animalia, per nos seruos tuos, maledicendo, maledicas, segregando segreges, exterminando extermines, vt per tuam clementiam (ab hac peste liberati) gratiarum actiones Maiestati tuæ liberè referamus. Per Dominum, &c.

EXorcizo vos ✠ pestiferos vermes, vel mures, aues, seù locustas, seù alia animalia, per Deum Patrem ✠ omnipotentem, per Iesum Christum Dominum nostrum ✠ & Spiritum Sanctum ab vtroque procedentem, vt confestim recedatis ab his campis, vel vineis, vel aquis, nec amplius in eis habitetis, sed ad ea loca transeatis, in quibus nomini nocere possitis.

PRo parte omnipotentis Dei, & totius Curiæ Cælestis, & ex parte Ecclesiæ Sanctæ Dei, vos maledicentis, quocumque ieritis, sitis maledicti, deficientes de die in diem, & decrescentes, ita vt reliquiæ de vobis in nullo inueniantur, nisi in necessarijs ad salutem, & vsum humanum. Quod præstare dignetur, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Aspergatur aer, ac terra.

Benedictio in peste Animalium.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

MIsericordiam tuam Domine supplices exoramus, vt hæc animalia, quæ graui infirmitate vexantur, in nomine tuo, atque tuæ Benedictionis ✠ virtute sanentur. Extinguatur in eis omnis diabolica potestas, nec vlterius ægrotent. Tu eis Domine sis defensaculum vitæ, & remedium sanitatis. Per Dominum, &c.

Benedictio Salis, quod datur Animalibus à peste oppressis.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus inuisibilis, & inæstimabilis, pietatem tuam, per Sanctum, ac tremendum Filij tui Nomen, suppliciter deprecamur, vt in hanc creaturam Salis Bene✠dictionem, & potentiam inuisibilis operationis infundas, vt animalia, quæ necessitatibus humanis, tribuere dignatus es, cum ex eo acceperint, vel gustauerint, bene ✠ dictio & sanctificatio tua ab omni ægritudinis, & læsionis incursu (te protegente) custodiat. Per eumdẽ. &c.

DOmine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, defende quæsumus, omnia animalia nostra, per hanc creaturam Salis, & Aquæ. Defende pijssime à rapacibus latronibus, à bestijs, à scabie,

bie, à morbo, à morsibus, à laqueis, à diabolo, ab infirmitate, ab inuidia, & malitia prauorum, à malis hominibus, à malis oculis, à veneficijs, ab aurispicibus, & ab omnibus malis, & animalia, quæ morbis, & infirmitatibus vexantur, per hanc creaturam Salis, & per inuocationem Sancti Nominis tui sanare digneris. Per Christum, &c.
Aspergatur, &c.

Benedictio Armentorum, Equorum, Bouum, Ouium, &c.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus, & Pater Domini Nostri Iesu Christi, cuius verbo Cæli firmati sunt, cui omnis creatura deseruit, omnis potestas subiecta est, cuius audito nomine, serpentes conquiescunt, dracones fugiunt, viperæ silent, scorpiones extinguntur, reguli vincuntur, phalangia nihil noxium operantur, venenata non nocent, cunctaque noxia animalia, licet ferocia terrentur. Ad auxilium nostrum te imploramus. Tu ab hoc armento omnes diaboli fraudes repelle, ferarum incursus amoue, venena rescinde, eumq; ab omnibus infirmitatibus, aduersitatibus, & periculis libera. Dignare Domine, per nomen Sanctissimum Dulcissimi Filij tui, per intercessionem B. V. Matris eius, per merita S. Antonrj, omniumque Electorum tuorum

conſeruare hunc gregem, expurgare ab omni aduerſariorum nequitia ſtabulum, ſaluificare pabulum, fæcunditatem ei tribuere, & tua efficaciſſima bene✠dictione replere omnia, quæ vſui huius armenti adaptantur, & adaptanda erunt. Per eumdem, &c.

Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ ſecundum Lucam ✠.
Gloria tibi Domine.

IN illo tempore, Paſtores loquebantur ad inuicem, dicentes. Transeamus vſque Bethleem, & videamus hoc verbum, quod factum eſt, quod Dominus oſtendit nobis, & venerunt feſtinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioſeph, & infantem poſitum in Præſepio. Videntes autem cognouerunt de Verbo, quod dictum erat illis de puero hoc, & omnes, qui audierunt mirati ſunt, & de his, quæ dicta erant à Paſtoribus ad ipſos: Maria autem conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt Paſtores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant, ſicut dictum eſt ad illos. Laus tibi Chriſte.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Deus, Rex Cæli, & Terræ, Verbum Patris, per quem omnia facta, ſuſtentationi noſtræ tradita ſunt. Qui vt redimeres nos peccatores à faucibus Inferni, & à poteſtate Diaboli,
car-

carnem nostrã sumere decreuisti, & per Spiritum Sanctum in vtero B.V.M. conceptus, in caulam, inter iumenta, nasci non es dedignatus, & pannis inuolutus, in Præsepio reclinari voluisti. Respice quæsumus humilitatem nostram, & sicut nostris laboribus, atque necessitatibus, per iuuenta subuenientum tribuisti, ita tua benignissima miseratione, hæc armenta custodire, ✠ & tueri non recuset, nobisque famulis tuis, cum temporali prouentu tuam immarcessibilem gratiam conferre. Qui viuis, &c. *Aspergatur, &c.*

Benedictio Columbariorum, Pullariorum, & huiusmodi locorum, in quibus conseruantur Aues, &c.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DEus æterne; ante cuius conspectum assistunt Angeli, & cuius nutu, reguntur vniuersa, qui etiam necessarijs humanæ fragilitatis, tua pietate consulere non desinis, te humiliter imploramus, vt habitaculum istud; illa benedictione ✠ perfundas, quam per Angelum (stantem in Sole) iussisti omnibus auibus: dicens. Venite, & congregamini ad cænam Magni Dei, vt semper hic (tuæ bene ✠ dictionis copia redundante) laudes tibi referant serui tui, qui das escam omni carni, & imples omne animal benedictione Saluator noster. Qui viuis, &c.

Ore-

Oremus.

DEus vniuersæ creaturæ, qui inter cæteras diuersarum creaturarum species, & pro humani generis vsu, etiam volatilium genus, ex aqua producere dignatus es, ex quibus Noè de Arca egrediens, holocausta tibi offerens placuit, & qui populo tuo (ex Ægipto educto) per Moysen seruũ tuum, munda ab immundis segregans, edendi præceptum didisti, te supplices rogamus, vt has mundarum Auium carnes Bene ✠ dicere, & Sancti ✠ ficare digneris, vt quicumque ex eis comederint, Benedictionis tuæ abundantia repleantur, & ad æternæ vitæ gaudia peruenire mereantur. Per Christum Dominum, &c. *Aspergatur, &c.*

Benedictio Seminum Bombicum.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

CRreator omnium Deus, qui semina fructificare, & multiplicare facis, & in vsus nostros misericorditer concedis peruenire (intercedente B. Iacobo Apostolo tuo) supplicationes nostras placatus intende, & hæc semina vermistulorum, qui sericum condunt benedicere ✠ & sanctificare, ✠ tua benignitate digneris; vt copiosus mittant effectus suos, quatenus ad Ecclesiæ tuæ, Sanctorumque Altarium tuorum decorem, & ornatus,

tus, atque etiam ad vsus nostros perueniat. Per Christum, &c.

DEus, qui laboribus hominum etiam de mutis animalibus beneficium subrogasti, quique tua ineffabili misericordia, nos ad vsus nostros ipsorum Bombicum fructus, & opera, conuertere docuisti. Maiestatem tuam suppliciter exoramus, vt bene ✠ dicere digneris hos Bombices, eosque sic ad humani generis prouentum, multiplicare, custodire, & educare, vt quicumque immensæ largitati tuæ, & horum animalium educationi, ministerialiter cooperando, sola spe tuæ benignitatis inititur, & sui laboris mercatur vberes fructus accipere, & Cælesti benedictione repleri. Per Christum, &c. *Asperg.*

Benedictio Cymbæ, seù nouæ Nauiculæ.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

PRopitiare Domine supplicationibus nostris, & Benedic ✠ Nauem istam dextera tua sancta, & omnes, qui in ea vehentur, sicut dignatus es. Benedicere Arcam Noè, ambulantem in diluuio. Porrige eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti B. Petro ambulanti supra Mare, & mitte Sanctum Angelum tuum de Cœlis, qui liberet, & custodiat eam semper à periculis vniuersis, cum

om-

omnibus, quæ in ea erunt, & famulos tuos (repulsis aduersitatibus) porta semper optabili, cursuque tranquillo tuearis, transactisque, ac rectè perfectis negotijs omnibus iterato tempore, ad propria, omni gaudio reuocare digneris. Qui viuis, &c. *Asperg.*

Benedictio Nouæ Nauis Magnæ.

Sacerdos indutus superpelliceo, & Stolla violacea ingrediatur Nauim, & stans in puppi eius dicat.

℣. Adiutorium nostrum, &c. *& postea Psal.*

SAcrificent sacrificium laudis: & annuntient opera eius in exultatione. Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderunt opera Domini: & mirabilia eius in profundo. Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsque ad Cœlos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est. Exclamauerunt ad Dominum, cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos. E statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius. Et lætati sunt, quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius, filijs hominum. Et exaltent eum in

Ecclesia

Ecclesia plebis: & in Cathedra seniorum laudent eum. Gloria Patri, & Filio, &c.
℣. Domine exaudi, &c. Dominus, &c.

Oremus.

RESpice in nos omnipotens Deus de Cælo Sancto tuo, & dignare bene ✠ dictione Cælesti huic bene✠dicere Naui: in qua (Sancto comitante Angelo tuo) ambulantes, itinere recto, & prospero, dirigere, & ab omni tristitia, & infortunio, eripere digneris, vt ad patriam, & ad portum salutis reuersi, te cum alacritate mentis exultantes laudent Creatorem vniuersorum. Qui cum Filio tuo benedicto, Domino Iesu Christo, & cum Spiritu Sancto viuis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ secundum Marcum ✠.

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore, vna die, cum sero esset factum, dixit Iesus Discipulis suis. Transeamus contra. Et ei mittentes turbam, assumunt eum, ita vt erant in Nauim, & aliæ Naues erant cum illo. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebant in Nauim, ita vt impleretur Nauis. Et erat ipse in puppi, super ceruical dormiens. Et excitant eum, & dicunt illi. Magister, non ad te pertinet, quia perimus? Et exurgens comminatus est vento, & dixit Mari. Tace, & obmutesce. Et cessauit

Ve-

ventus, & facta est tranquillitas magna. Et ait illis. Quid timidi estis? Nec dum habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum. Quis putas est iste, quia Mare, & venti obediunt ei? Laus tibi Christe.

Oremus.

BEnedic Domine ✠ hanc Nauim, sicut benedixisti filios tuos Israel de Ægypto per manum Moysi exeuntibus, & per Mare rubrum transeuntibus, sic Nauim istam, & famulos tuos in ea nauigantes bene✠dicere, & ad destinatum locum perducere digneris. Per Dominum, &c. *Psal.*

AFferte Domino Filij Dei: afferte Domino Filios arietum. Afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio Sancto eius. Vox Domini super aquas, Deus Maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas. Vox Domini in virtute: Vox Domini in magnificentia: Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani. Et comminuit eas tanquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium. Vox Domini intercidentis flammam ignis: Vox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum cades. Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in Templo eius omnes dicent gloriã. Dominus diluuium inha-

inhabitare facit: & sedebit Dominus Rex in æternum. Dominus virtutē populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace. Gloria Patri, &c.

Sequentia † S. Euangelij † secundum Matthæum † Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Iussit Iesus Discipulos suos ascendere in Nauiculam, & præcedere eum transfertum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba, ascendit in Montem solus orare. Vespere autem facto solus erat ibi, Nauicula verò in medio Mari iactabatur fluctibus; erat enim contrarius ventus. Quarta autem Vigilia noctis venit ad eos ambulans supra mare. Videntes autem eum ambulantem supra mare turbati sunt dicentes; Quia phantasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimque Iesus locutus est eis, dicens. Habete fiduciam. Ego sum nolite timere. Respondens autem Petrus dixit, Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait, veni. Et descendens Petrus de Nauicula, ambulabat super aquam, vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum, timuit. Et cum cæpisset mergi, clamauit dicens. Domine saluum me fac. Et continuò Iesus, extendens manum, apprehendit eum, & ait illi. Modicæ fidei quare dubitasti? Et cum ascendisset Nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in Nauicula erant venerunt, & adorauerunt eum, di-

dicentes. Vere Filij Dei es. Laus tibi Christe.

Oremus.

DOmine Deus noster, qui gubernasti Noè super vndas diluuij, & manum Petro extendisti: porrige dexteram tuam super hanc Nauim, & super Nauclerum, & Nautas eius, & dona ipsis famulis tuis, sanitatem animæ, & corporis, & ad portum salutis eos perducere digneris illæsos. Qui viuis, &c.

Psalmus.

VOce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum, & intendit mihi. In die tribulationis meæ Deum exquisiui manibus meis, & nocte contra eum; & non sum deceptus. Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit Spiritus meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus. Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar: & scopebam spiritum meum. Nunquid in æternum proijciet Deus, aut non opponet: vt complacitior sit adhuc? Aut in finem misericordiam suam abscindet: in generatione, & generationem? Aut obliuiscetur misereri Deus? aut continebit in ira misericordias suas? Et dixi nunc cæpi: hæc mutatio dexteræ excelsi. Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

rum. Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor. Deus in Sancto via tua. Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus, qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph. Viderunt te aquæ Deus: viderunt te aquæ, & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes. Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt corruscationes tuæ, orbi terræ: commota est, & contremuit terra. In Mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur. Deduxisti sicut oues populum tuum: in mau Moysi, & Aaron. Gloria Patri, &c.

Dum dicitur iste Psalmus, Sacerdos aspergat Nauim in medio, ex omni parte, & postea procedat ad proram Nauis, & dicat.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ secundum Lucam ✠.
Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: cum turbæ irruerent in Iesum, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genesarcth. Et vidit duas Naues, stantes secus stagnum Piscatores autem descendens, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum, vt à terra reduceret

ret pusillum. Et sedens docebat de Nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem. Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cæpimus: in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt Piscium multitudinem copiosam. Rompebatur autem rete eorum. Et annuerunt socijs, qui erant in alia Naui, vt venirent, & adiuuarent eos, & venerunt, & impleuerunt ambas Nauiculas. Laus tibi Christe.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui in similitudinem Nauis Ecclesiæ, Noè Arcam fieri voluisti (vt innundante diluuio) soli, qui in ea inuenti essent, saluarentur: suppliciter exoramus clementiam tua, vt huic Naui saluberrimum profectionis cursum passim, iugiterque concedas. Qui viuis, &c.

Psalmus.

DEus noster refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus, dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris. Sonuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius. Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur:

tur:

tur: adiuuabit eam Deus mane diluculo. Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, & mota eſt terra. Dominus virtutum nobiſcum; ſuſceptor noſter Deus Iacob. Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella vſque ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni. Vacate, & videte, quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob. Gloria Patri, &c.

Dum dicitur iste Pſalmus, Sacerdos aſpergat Aqua benedicta totam proram ab omni parte, & reuerſus ad medium Nauis, dicat.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ ſecundum Ioannem ✠.

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore. Cum cognouiſſet Ieſus, quia venturi eſſent, vt raperent eum, & facerēt eum Regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus. Vt autem ſero factum eſt, deſcenderunt Diſcipuli eius ad Mare. Et cum aſcendiſſent Nauim, venerunt trans Mare in Capharnaum. Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Ieſus. Mare autem vento magno flante exurgebat. Cum remigaſſent ergo ſtadia quaſi vigintiquinque, aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſupra Mare, &

proximum naui fieri, & timuerunt. Ille autem dixit eis, Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo eum accipere in Nauim, & statim Nauis fuit ad terram, ad quam ibant. Laus tibi Christe.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, cuius in Mari vitæ, & semitæ in aquis multis: intende supplicantium preces, & famulos tuos, in hac Naui constitutos, maris semitas peragrantes, quos sacramentorum tuorum perfudit gratia, potentiæ tuæ dextera protectos regas, & in fluctibus gubernes aduersus omnes formidines, atq; infortunia, omnibusque in hac Naui contentis substantijs, atque impositis, bene ✠ dicas, eorumque lucra multiplices, ac contra cuncta terrarum, & maris discrimina, eos propitius defendere digneris. Per Christum, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster, &c. Aue Maria, &c. Credo, &c.

Dum dicitur Pater, &c. Sacerdos aspergat totam Nauim Aqua benedicta, & completo Credo dicat.

℣. In Mari viæ tuæ, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.
℟. Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi, & Aaron.
℣. Domine exaudi, &c. ℟. Et clamor, &c.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

EXaudi nos Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris Sanctum Angelum tuum de Cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hac Naui. Per Christum, &c.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui Beatum Petrum Apostolum tuum, super Mare ambulantem, ad te venire iussisti, & Coapostolum eius Paulum, tertio naufragantem, de profundo pelagi liberasti; bene ✠ dicere digneris hanc Nauim, & famulis tuis in ea nauigantibus, in tua misericordia confidentibus, adesse digneris, vt ope misericordiæ tuæ adiuti, ad loca destinata, & ad portum salutis sine impedimento sani, & incolumes valeant peruenire. Qui viuis, &c.

BEnedictio Dei Omnipotentis Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spiritus ✠ Sancti descendat super hanc Nauim, super nauigantes in ea, & maneat semper. Amen.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Initium ✠ Sancti Euangelij ✠ secundum Ioannem.

✠ Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum: Omnia per ipsum facta sunt, &

sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum. In Mundo erat, & Mundus per ipsum factus est, & Mundus eum non cognouit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: Et Verbum Caro factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. ℟. Deo gratias.

SAlue Regina Mater Misericordiæ. Vita dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo Aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens. O pia. O dulcis Virgo Maria.

℣. Ora

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

CОncede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis, intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dominum, &c.

Benedictio Armorum, ac Exercituum ad conterendos Ecclesiæ inimicos.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.
Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ secundum Matthæum.
✠ Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Accesserunt ad Iesum Discipuli secreto, dicentes. Dic nobis, quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consumationes sæculi? Et respondens Iesus, dixit eis. Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo, dicentes. Ego sum Christus, & multos seducent. Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte, ne turbemini. Oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis: Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum, & erunt pestilentiæ, & fames, & terremotus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum. Laus tibi, &c.

℣. Domine non secundum peccata nostra, quæ

fecimus nos: neque ſecundum iniquitates noſtras retribuas nobis. Domine ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum: citò anticipent nos miſericordiæ tuæ, quia pauperes facti ſumus nimis. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum. Tu es Deus, qui facis mirabilia ſolus; notam feciſti in gentibus virtutem tuam. Liberaſti in brachio tuo populum tuum, filios Iſrael, & Ioſeph. Sciant gentes, quoniam nomen tibi Deus: tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terram. Deus meus pone illos, vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciẽ venti. ℣. Domine exaudi, &c. ℣. Dominus, &c.

Oremus.

QVæſumus clementiam tuam omnipotens Deus, vt hæc arma, quibus ad expugnandos aduerſarios fidei, milites tui, accingere præſumunt tua immenſa bene ✠ dictione repleta, illis omninò non noceant, ſed ad victoriam deſeruiant in terris, nec non ad præmia conſequenda, æternaliter in Cælis. Per Chriſtum Dominum, &c.

Oremus.

DEus, qui credentes in te populos nullis ſinis concuti terroribus: dignare preces, & hoſtias dicatæ tibi plebis ſuſcipere: vt pax à tua pietate conceſſa, Chriſtianorum fines ab omni hoſte faciat eſſe ſecuros.

Deus,

DEus, qui conteris bella, & impugnatores in te sperantium, polentia tuæ defensiones expugnas: auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, vt inimicorum suorum feritate depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus. Per Dominum, &c.

Aspergantur, &c. & benedicendo Exercitum, dicatur.

BEne ✠ dicat vos Deus, Deus nester; Benedicat vos Deus, & metuant eum omnes terræ. Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Roboramini, & estote viri fortes. Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induite loricam iustitiæ, & calceati pedes in præparatione Euangelij pacis: in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeã salutis accipite, & gladium spiritus, quod est Verbum Dei. In nomine Patris, ✠ &c.

Benedictio Vexilli bellici.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui es cunctorum Benedictio, & triumphantium fortitudo: respice propitius ad preces humilitatis nostræ, & hoc vexillum, quod bellico vsui præparatum

tum est, Cælesti Bene✠dictione sanctifica; vt contra aduersarias, & rebelles nationes sit validum, tuoque munimine circumsceptum: sitque inimicis, Christiani populi terribile, ac intercedentibus Sanctis tuis solidamentum, & victoriæ certa fiducia. Tu enim es Deus, qui conteris bella, & Cælestis præsidijs, sperantibus in te præstas auxilium. Per Christum, &c.

Aspergatur Aqua benedicta: & cui traditur dicatur.

ACcipe Vexillum Cælesti Benedictione Sanctificatum, sitque inimicis Populi Christiani terribile, & det tibi Dominus gratiam, vt ad ipsius nomen, & honorem cum illo hostium cuneos potenter penetres incolumis, & securus. In nomine Patris ✠ & Filij, &c.

Benedictio piscationis, vt in iactatione retium, multi Pisces capiantur.

℣. Domine exaudi, &c. Dominus, &c. *Psal.*

DOmine Dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua; super cælos. Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum, & vltorem. Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum: lunam, & stellas, quæ tu fundasti. Quid est homo, quod memor es eius? aut filius hominis,

minis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulò minus ab angelis, gloria, & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, & boues vniuersas insuper, & pecora campi. Volucres cæli, & pisces maris: qui perambulant semitas maris. Domine Dominus noster; quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Gloria Patri, &c.
℣. Domine exaudi, &c. Dominus, &c.

Oremus.

MAgnifica quæsumus Domine ✠ Deus, super nos misericordiam tuam: & sicut multiplicasti quinque Panes, & duos Pisces in Deserto ex quibus satiasti turbam quinque millia hominum, ita nunc tua potentissima, ac prouidissima bene ✠ dictione, multiplicare dignare ad eius humanos cunctos pisces, qui ex hac aqua generantur: vt (tua liberalitate refecti) tibi, gratias agere, & nomen tuum perpetuò laudare valeamus. Per Dominum nostrum, &c.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Sequentia † S. Euangelij † secundum Ioannem. †

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: manifestauit se iterum Iesus Discipulis suis ad Mare Tiberiadis: Manifestauit autem sic, Erant simul, Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Natanael, qui erat

à Cana

à Cana Galileæ, & Filij Zebedei, & alij ex Discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: vado piscari, dicunt ei; venimus, & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem facto, stetit Iesus in Littore: non tamen cognouerunt Discipuli, quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus. Pueri numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, non. Et dixit eis. Mitte in dexteram nauigij rete, & inuenientis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo Discipulis ille, quem diligebat Iesus Petro. Dominus est. Simon ergo Petrus cum audisset, quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem Discipuli nauigo venerunt (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum; & panem. Dicit eis Iesus. Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent non est scissum rete. Dicit eis Iesus venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum. Tu quis es? scientes, quia Dominus est. Et venit Iesus, & accepit panem, & dedit eis, & piscem simi-

ſimiliter. Hoc iam tertio, manifeſtatus eſt Ieſus, Diſcipulis ſuis, cum ſurrexit à mortuis.

Dicatur Cant. Benedicite omnia opera Domini Domino, &c. *& Phſal.* Laudate Dominum de Cœlis: laudate eum in excelſis, *totum, &c. & poſtea* Euangelium Lucæ, *vt ſupra in benedict. Nauis 257.*

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cuius prouidentia in ſua diſpoſitione nõ fallitur, à quo bona cuncta procedunt, ſine nihil validum: te ſupplices exoramus, vt bene ✠ dicendo bene ✠ dicas rore tuæ gratiæ Cæleſtis, hanc aquam, vt commodè ad vſus fidelium tuorum multitudinem Piſcium, ex ea extrahentes: te ſuum Rectorem Gubernatorem, & diſpenſatorem agnoſcant, diligant, & venerentur. Rogamus etiam te Domine, vt labores manuum ſeruorum tuorum ne deſpicias, ſed tua Sanctiſſima Bene ✠ dictione ab eis cuncta noxia ſubmoueas, & omnia eis bona profutura concedas. Per Dominum noſtrum, &c.

Dicatur Antiphona Beata Mater, *& Canticum* Magnificat: *Et dum dicitur, aſpergatur latitudo piſcationis (prout fieri poterit) Aqua benedicta, & poſtea Antiphona* Beata Mater, & intacta Virgo Glorioſa Regina Mundi intercede pro nobis ad Dominum.

℣. Ora pro nobis, &c. ℟. Vt digni efficiamur, &c.

Ore-

Oremus.

DEus, qui Virginalem Aulam B.M. in qua habitares eligere dignatus es: da quæsumus, vt sua nos defensione munitos, iucundos facias suæ interesse commemorationi. Qui viuis, &c.

BEnedictio Dei Omnipotentis Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super hanc aquam, super hæc retia, & super nos omnes, & maneat semper. Amen.

Benedictio noui Putei.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

SVpplices deprecamur, Domine, clementiam pietatis tuæ, vt Aquam Putei huius Cælesti bene✠dictione sanctifices, & ad communem vitæ vsum concedas esse salubrem, & ita ex ea fugare digneris, omnem diabolicæ tentationis incursum, vt quicumque ex ea hauserint, vel biberint, vel in quibuscumque necessarijs casibus hausta Aqua, vsi fuerint totius virtutis, ac sanitatis dulcedine perfruantur, vt tibi Sanctificatori, & Saluatori omnium Domino, gratias agere mereamur. Per Christum, &c.

Oremus.

DOmine, Deus omnipotens, qui in huius Putei altitudinem, per crepidinem fistularum, copiam

piam Aquarum manere iussisti: præsta, vt te iubente; atque benedicente ✠ per nostræ officium functionis (repulsis hic phantasmatibus, caliditatibus, atque insidijs Diabolicis) purificatus, atq; emundatus semper hic Puteus perseueret. Per Cristum, &c. *Aspergatur &c.*

Benedictio Puerorum.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

QVæsumus omnipotens Deus, Pueris istis, pro quibus tuam deprecamur clementiam, bene ✠ dicere dignare, & per virtutem Sancti Spiritus, corda eorum corrobora, vitam sanctifica castimonia decora, & sensus eorum in bonis operibus muni, & informa, prospera tribue: pacem concede, salutem confer, charitatem largire, & ab omnibus diabolicis, atque humanis insidijs (tua protectione, & virtute) semper defende, & in finem ad requiem Paradisi eos perduc. Per Dominum, &c.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui paruulos tibi oblatos, & ad te venientes complexabas. (*Hic ponat manus super capita puerorum*) manusque super illos imponens benedicebas, atque dicebas: Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos,

talium

talium est enim Regnum Cælorum, & Angeli eorum sēper vident faciem Patris mei respice (quæsumus) ad pueri, vel puellæ (*si fuerit vnus*) seu puerorum, vel puellarum præsentium innocentiam, & ad suorum parentium deuotionem, & clementer eos hodie, per ministerium meum bene ✠ dic, vt in tua gratia, & misericordia semper proficiant, te sapiant, te diligant, te timeant, & mandata tua custodiant, & ad finem optatum feliciter perueniant, per te Saluator Mundi. Qui cum Patre, & Filio, &c.

Benedictio Dei omnipotentis ✠ Patris, & Filij ✠ Spiritus ✠ Sancti, descedat super vos, custodiat, atque dirigat vos, & maneat semper vobiscum. Amen. *Aspergantur, &c.*

Benedictio ad induendum Puerum pro voto.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, qui pro nostra salute, suscipiens humanam naturam, te vestimento carnis induere dignatus es: benedictione sancta benedic ✠ ista paruula vestimenta, quæ pro gratijs tibis exoluendis, cum omni deuotione, sanctque voto, ac veneratione Beatissimæ Mariæ Infans iste (siue Puella) super te suscepturus est (vel susceptura est) infunde in eum, (vel in eam) quæ-

sumus

ſumus tuam ſanctam benedictionem ✠ vt cum primum induerit hoc, religioni, ſimile veſtimentum, intercedente B. N. deſcendat ſuper eum (vel eam) gratia tua, & protegat eum (vel eam) ab omni malo mentis, & corporis. Qui viuis, &c.

Aſpergatur veſtimenta aqua benedicta, & adoleantur incenſo.

Benedictio ad exuendum puerum poſt annum.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

DOmine Sancte, Pater, omnipotens, æterne Deus, à quo deſcendit omne bonum, & omne domum, tibi gratia referimus, & expleta vota reddimus, ſuſcipe vota noſtra, cum actionibus gratiarum, & intercedente B. Maria Vergine, Sanctoque N huic infanti (vel puellæ) de cætero præſta ſalutem mentis, & corporis, vt te Creatorem recta fide colat, in te Redemptore ſpem ſuam confirmet, teque ſummum bonum, ſuper omnia diligat, atque ſanctis mandatis tuis ſemper obediat. Per Dominum, &c.

Deindè habitum exuendo dicat.

Reddite vota veſtra Deo cum actibus ſuis.

Pſal. Laudate Dominum omnes gentes, &c.

Deponat habitum ſuper Altare, & dicat.

℣. Domine exaudi, &c. Dominus, &c.

Oremus.

SVſcipe Sanctę Pater vota, precesq; ſupplicum, & per interceſſionem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctique N. præſta nobis, ita beneficia tua cognoſcere, vt in gratiam actione ſemper maneamus. Per Dominum, &c.

Poſtea benedicat eum, & circumſtantes Aqua, &c.

Benedictio contra aereas tempeſtates.

Primo benedicitur Aqua, vt ſupra, pag. 193. & quando Sal infuſum eſt in aquam, ſubiungitur ſequens Exorciſmus.

ITerum exorcizo te creatura Salis, & Aquæ in nomine Domini noſtri Ie✝ſu Chriſti Nazareni Filij Dei viui, vt ſis purgatio, & purificatio in his locis, in quibus aſperſa fueris, ad effugandos immundos, & erraticos ſpiritus, omnemque nefariam vim diaboli pellendam, & omnes figuras, & minas fantaſmatis Sathanæ exterminandas, & fulgura, & ſydera: quæ mitti videntur in hanc domum, Arbores, Agros, Poſſeſſiones, Turres, vel in quamcumque habitationem non hominibus, aut pecoribus, aut frugibus noceant, ſed abſcedant & fugiant, per inuocationem nominis Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem. Amen.

Poſtea dicatur Oratio: Deus inuictæ virtutis Auctor, &c. 195. *Deinde ſeq. Litan. flexis genibus.*

Antiph.

Antiph. tota Ne reminiſcaris.

KYrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de Cœlis Deus, miſerere nobis.
Fili Redemptor Mundi Deus, miſerere nobis.
Spiritus Sancte Deus, miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, miſerere nobis.
Sancta MARIA, ora pro nobis.
Sancta Dei Genitrix, ora
Sancta Virgo Virginum, ora
Sancte Michael, ora
Sancte Gabriel, ora
Sancte Raphael, ora
Omnes Sancti Angeli, & Archangeli, orate
Omnes Sancti Beatorũ Spirituum Ordines, orate
Sancte Ioannes Baptiſta, ora
Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ, orate
Sancte Petre, ora
Sancte Paule, ora
Sancte Andrea, ora
Sancte Iacobe, ora
Sancte Ioannes, ora
Sancte Thoma, ora
Sancte Iacobe, ora
Sancte Philippe, ora
Sancte Bartholomeæ, ora
Sancte Mattheæ, ora

Sancte Simon, ora
Sancte Thadeæ, ora
Sancte Matthia, ora
Sancte Barnaba, ora
Sancte Luca, ora
Sancte Marce, ora
Omnes Sancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ, orate
Omnes Sancti Diſcipuli Domini, orate
Omnes Sancti Innocentes, orate
Sancte Stephane, ora
Sancte Laurenti, ora
Sancte Vincenti, ora
Sancti Fabiane, & Sebaſtiane, orate
Sancti Ioannes, & Paule, orate
Sancti Coſma, & Damiane, orate
Sancti Geruaſi, & Protaſi, orate
Omnes Sancti Martyres, orate
Sancte Silueſter, ora
Sancte Gregori, ora
Sancte Ambroſi, ora
Sancte Auguſtine, ora
Sancte Hieronyme, ora
Sancte Martine, ora
Sancte Nicolae, ora
Omnes Sancti Pontifices, & Confeſſores, orate
Omnes Sancti Doctores, orate
Sancte Antoni, ora

San-

Sancte Benedicte, ora
Sancte Bernarde, ora
Sancte Dominice, ora
Sancte Francisce, ora
Omnes Sancti Sacerdotes, & Leuitæ, orate
Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ, orate
Sancta Maria Magdalena, ora
Sancta Agatha, ora
Sancta Lucia, ora
Sancta Agnes, ora
Sancta Cæcilia, ora
Sancta Anastasia, ora
Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ, orate
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei, intercedite pro nob.
Propitius esto, Parce nobis Domine.
Propitius esto, exaudi nos Domine.
Ab omni malo, libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera nos Domine.
Ab ira tua, libera.
A subitanea, & improuisa morte, libera.
Ab insidijs diaboli, libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera.
A spiritu fornicationis, libera.
A fulgore, & tempestate, libera.
A morte perpetua, libera.
Per Mysterium Sanctæ Incarnationis tuæ, libera.
Per Aduentum tuum, libera.

Per Natiuitatem tuam, libera.
Per Baptismum, & Sãctum Ieiunium tuum, libera.
Per Crucem, & Passionem tuam, libera.
Per Mortem, & sepulturam tuam, libera.
Per Sanctam Resurrectionem tuam, libera.
Per Admirabilem Ascensionem tuam, libera.
Per Aduentum Spiritus Sancti Paraclyti, libera.
In die Iudicij, libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas, te rogamus audi nos.
Vt nobis indulgeas, te rogamus.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rogamus.
Vt Ecclesiam tuam Sanctam regere, & conseruare digneris, te rogamus.
Vt Domnum Apostolicum, & omnes Ecclesiasticos Ordines in Sancta Religione conseruare digneris, te rogamus.
Vt inimicos Sanctæ Ecclesiæ humiliare digneris, te rogamus.
Vt Regibus, & Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare digneris, te rogamus
Vt cuncto Populo Christiano pacem, & vnitatem largiri digneris, te rogamus.
Vt nosmetipsos in tuo Sancto seruitio confortare, & conseruare digneris, te rogamus.
Vt mentes nostras ad Cœlestia desideria erigas, te rogamus audi nos. Vt

Vt omnibus benefactoribus nostris, sempiterna bona retribuas, te rogamus.

Vt animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rogamus.

Vt fructus terræ dare, & conseruare digneris, te rogamus audi nos.

Benedictio aerem cum Agnus Dei subiungat.

℣. Vt has grandines à dæmonibus excitatas ✠ in aquam reducere digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

℣. Vt has grandines annihilare ✠ & à partibus fidelium depellere ✠ digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

℣. Vt has grandines benedicere ✠ diuidere ✠ & effugare digneris.

℟. Te rogamus audi nos.

℣. Vt has grandines diperdere, & destruere digneris.

℟. Te rogamus adi nos.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rogamus.

Vt nos exaudire digneris, te rogamus.

Fili Dei, te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, Miserere nobis.

Christe audi nos. Christe exaudi nos. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

℣. Pater noster: Et ne nos inducas, &c.

℞. Sed libera nos à fulgore, à tempestate, & ab omni malo. Amen.

Psalmus.

DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. Confundantur & reuertantur: qui querunt animam meam. Auertantur retrosum, & erubescant, qui volunt mihi mala. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge. Exultent, & lætentur in te omnes, qui quærunt te: & dicant semper Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus, & pauper sum: Deus adiuua me. Adiutor meus, & liberator meus es tu; Domine ne moreris. Gloria Patri, &c.

℣. Saluos fac seruos tuos.

℞. Deus meus sperantes in te.

℣. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℞. Et filius iniquitatis nõ apponat nocere nobis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℞. Qi fecit Cælum, & Terram.

℞. Sic

℣. Sit nomen Domini Benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.
℟. Et fugiant, qui oderunt eum à facie eius.
℣. Exurge Christe adiuua nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
℣. Irruat super dæmones formido, & pauor.
℟. In magnitudine brachij tui.
℣. Adiuua nos Deus salutatarìs noster.
℟. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.
℣. Fiat misericordia tua Domine super nos.
℟. Quemadmodum sperauimus in te.
℣. Saluum fac Populum tuum Domine.
℟. Et benedic hæreditati tuæ.
℣. Vox Domini super aquas multas.
℟. Deus Maiestatis intonuit.
℣. Viderunt te aquæ Deus.
℟. Viderunt te aquæ, & timuerunt.
℣. Quid est tibi mare, quod fugisti.
℟. Et tu Iordanis quia conuersus es retrorsum.
℣. Non priuabis nobis eos, qui ambulant in innocentia.
℟. Domine, Deus virtutum, Beatus homo, qui sperat in te.
℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

℣. Do-

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, vt nos, & omnes famulos tuos, quos delictorũ catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat.

EXaudi quæſumus Domine ſupplicum preces, & confitemini tibi, parce peccatis; vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

INeffabilem nobis Domine miſericordiam tuam, clementer oſtende, vt ſimul nos, & à peccatis omnibus exuas, & à pænis, quas pro his meremur eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice, & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meream ur auerte.

OMnipotens ſempiterne Deus, parce metuentibus, propitiare ſupplicantibus tibi ✠ vt hos pernoxios imbres nubium, & vim procellarum, & comminationem tempeſtatis, in materiam tuæ laudis tranſire facias.

PArce Domine, parce Populo tuo, vt dignis flagellationibus caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret. Per Dominum, &c.

℣. Do-

℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Exaudiat nos omnipotens, & misericors Dominus. ℟. Amen.
℣. Et fidelium animæ per misericordiam Die requiescant in pace.
℟. Amen.

Dicatur Symbolum Sancti Athanasij.

Quinque vult salus esse, &c.
℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.
℟. Laudemus, & spuperexaltemus eum in sæcula.
℣. Benedictus es Domine in firmamento Cœli.
℟. Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Ecce signum ✠ Crucis fugite partes aduersæ: vicit enim Leo de Tribu Iuda radix Dauid vos, & Mundum Dominus noster Iesus Christus Filius Dei, & Beatissimæ Virginis Mariæ Imperator summus. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui dediſti famulis tuis in confeſſione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoſcere; & in potentia Maieſtatis adorare vniatem, quæſumus, vt eiuſdem fidei firmitate, ab omnibus ſemper muniamur aduerſis.

PRotege Domine, famulos tuos ſubſidijs pacis, & B. Mariæ ſemper Virginis patrocinio confidentes, à cunctis hoſtibus, & periculis redde ſecuros.

DEus, qui B. Birgitæ, inimicos ſuperare conceſſiſti: præſta nobis famulis tuis; vt intercedentibus eius oratione, atq; meritis ab omni ira tempeſtatis liberari valeamus. Per Dominum, &c.

✠ INcreatus Pater, ✠ Increatus Filius, ✠ Increatus Spiritus Sanctus, ✠ Hagios † Otheos Ecce Cru ✠ cem Domini, fugite partes aduerſæ, vicit Leo de Tribu Iuda radix Dauid: Alleluia ✠ Allelua; Dixit Dominus ex Baſan conuertam: conuertam in profundum Maris Domine Ieſu Chriſte, qui Cælum, & Terram fundaſti, & flumen Iordanis benedixiſti, & in eo loco Baptizari voluiſti, bene ✠ dicere, & ſancti ✠ ficare, pro tua pietate dignare has nubes, quas video ante me poſitas, vt deficiant, & tranſeant in aquam ſanctam, & benedictam, & tempeſtatem faciant in locis de-

desertis, & non noceant aliquibus personis Christianorum, neque domesticis animalibus, neque agris, neque fructibus; virtutes Spiritus Sancti, & oratione B. Birgitæ, & omnium Sanctorum, & Sanctarum ✠ Dei. Amen.

IN nomine ✠ Christi. Amen. ✠ Emmanuel ✠ Paraclitus ✠ Sabaoth ✠ Ischyros, & Athanatos. ✠ In nomine Patris ✠ & Filij ✠ &c. Amen.

Dicatur Psalmus.

DOminus regnauit exultet terra: lætentur insulæ multæ. Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iuditium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra. Annuntiauerunt cæli iustitia eius: & viderunt omnes populi gloriam eius. Confundantur omnes, qui odorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis. Adorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & lætata est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine. Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes Deos. Qui diligitis Dominum, odite malum, custodit Dominus animas sanctorum suorum: de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusti:

&

&rectis corde lætitia. Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius. Gloria, &c. Pater noster, &c. Et ne nos, &c.

Coniuro vos aereas tempestates per Deum viuum, ✠ per Deum verum ✠ per Deum sanctum ✠ vt non iactetis grandines, & tempestates in possessionibus, & finibus nostris, & non dixeritis, ante tribunal Christi, quod nemo vobis contradixerit. Ego enim præcipio vobis. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti ✠ vt non iactetis grandines, & tẽpestates in finibus nostris, sed ea proijciatis per fluuium, vel immergatis in mari sine damno alicuius personæ. Amen.

Postea dicatur Psalmus.

Lauda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius. Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Qui annuntiat verbum suum Iacob: iustitias, & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Gloria Patri, &c.

Hæc

Hæc coniuratio, dicatur ter deuotè, contra tempus tempestosum, & vbi sunt Cruces impressæ. Signetur aer, Agnus Dei benedicto.

Alia coniuratio.

EGO N. Sacerdos, quamuis indignus, auctoritate Apostolica, qua fungor, & in nomine Domini Iesu Christi, & in virtute Passionis eius, præcipio vobis dæmones, cum omni societate vestra ✠ vt non habeatis potestatem in nubibus Cæli, nec mittendi grandines ✠ tonitrua, atque fulgura, & omnia, quæ mala sunt, & contra genus humanum sunt, & bona sua ✠ hoc præceptum, sit vobis, sub pæna gehennæ ignis. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

In modum Crucis extendat manus contra nubes, & dicat Pater noster, Aue Maria, Credo in Deum, & Salue Regina.

Coniuratio.

COniuro vos nubes, & grandines, seu tempestates, ac vobis præcipio per Deum Patrem, ✠ per Deum Filium, ✠ per Deum Spiritum Sanctum, ✠ qui sunt in substantia vnus Deus, per potentiam Patris, per sapientiam Filij, per amorem Spiritus Sancti procedentis ab vtroque per sacram obedientiam Iesu Christi, per sacram humilitatem Virginis Mariæ, Dominæ nostræ, per virtutes Apostolorum, per passiones terribiles Martyrum Christi, per nouem chorus Angelorum, per fidem,

&

& ſacram vitam Confeſſorum, per omnes mulieres, famulas, & Martyres Chriſti: per omnes animas beatas Cæli, per ſacram obumbrationem, quam fecit virtus Altiſſimi B. Virginis Mariæ Dominæ noſtræ: per Imperiale Verbum, quod fecit Chriſtus ventis, vt ceſſarent; per diuiſionem mirabilem maris rubri, quam fecit potentia Diuina populo Iudaico; per omni iſta ſupraſcripta: coniuro ✠ & præcipio vobis, ò nubes, ſeù grandines, quod in ſigno huius ſacræ Crucis ✠ quam contra vos facio, indiuiſæ, repentè recedatis à nobis, & ab hoc loco, ſinè læſione alicuius hominis, ſiuè loci, ſiuè nauis, ſiuè terræ, & deleamini per aerem. Amen.

Iterum adiuro ✠ vos grandines, & ventos: per quinque vulnera Chriſti, per tres clauos, qui eius manus, & pedes perforarunt, vt in aquam reſoluti deſcendatis. In nomine Patri, ✠ &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte, qui feciſti Cælum, & Terram, Mare, & omnia, quæ in eis ſunt, quique flumini Iordani benedixiſti, atque in eo Baptizari voluiſti, & tuas ſanctiſſimas Manus, & brachia in Cruce extendiſti: obſecramus immenſam pietatis, & bonitatis tuæ clementiam, quatenus has nubes, quas ante me, & poſt me, & ſuprà me,

à dex-

a dexteris, & à sinistris video aerem perturbare, dissoluere ✠ & annihilare ✠ digneris, vt alligata potestas dæmonum, in ipsis sæuiens deficiat, & turbetur, ad laudem tui Sanctissimi Nominis, & omnipotentissimæ maiestatis tuæ. Qui viuis, &c.

Postea, conuersus ad nubes, signet eas, signo S. crucis, & dicat.

CIrcundet vos, Deus Pater ✠ Circundet vos, Deus Filius ✠ Circumdet vos, Deus Spiritus Sanctus ✠ Benedicat vos: Deus Pater ✠ Benedicat vos, Deus Filius ✠ Benedicat vos, Deus Spiritus Sanctus ✠ Diuidat vos, Deus Pater ✠ Diuidat vos, Deus Filius ✠ Diuidat vos, Deus Spiritus Sanctus ✠ Destruat vos, Deus Pater ✠ Destruat vos, Deus Filius ✠ Destruat vos, Deus Spiritus Sanctus ✠ Annichilet vos, Deus Pater ✠ Annihilet vos, Deus Filius ✠ Annihilet vos Deus, Spiritus Sanctus ✠. In nomine ✠ &c.

SSanctus Matthæus ✠ Sanctus Marcus ✠ Sanctus Lucas ✠ Sanctus Ioannes Euangelista, ✠ qui Christi Euangelium per quattuor Mundi partes diuulgauerunt, ipsi suis meritis, & precibus hanc tempestatem, ab omnibus Christianorum finibus, ab eodem Domino nostro Iesu Christo, obtineant effugari, & depelli. Et ego peccator, & Christi Sacerdos (licet indignus) auctoritate, & virtute eiusdem Dei, & Domini Nostri Iesu Chri-

 sti,

sti, Summi imperatoris, non mea potentia innixus, & confisus, vobis præcipitio immundissimi spiritus, qui has nebulas concitatis, in virtutem eiusdem, & per tremendum eius Iudicium, & per Sanctissimam Crucem suam, quam contra vos facio ✠ & per merita intemeratæ, semperque Beatissimæ Virginis Mariæ, Genitricis Dei, & per merita omnium Sanctorum, vt exeatus ab eis, & eas dispergatis in locis syluestribus, quatenus nocere non possint homini, aut quibuscumque rebus, eius vsui deputatis. Per eumdem Dominum nostrum Iesum Christum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos ✠ & sæculum per ignem. Amen.

IPse, vobis imperat ✠ dæmones, qui has nubes commouetis, qui de nube lucida dixit. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ipse vobis imperat ✠ qui Principem vestrum deuicit, & ligauit. Ipse vobis imperat ✠ qui sua sacratissima Cruce, & Corporis sui sanctissimi extensione, aerem purgauit. Ipse vobis imperat ✠ qui (inferno spoliato) resurgens à mortuis, post quadraginta dies, à nube susceptus, ascendit in Cælum. Ipse vobis imperat ✠ qui vos æternæ gehennæ, mancipauit ignibus. Qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Dicat Euangolium S. Ioannis, vt sup. pag. 261. Postea asper-

aspergat eorum, Aqua Benedicta, in modum Crucis, per quatuor latera, dicens.

BEnedictio Dei omnipotentis ✠ Patris, & Filij ✠ Spiritus ✠ Sancti descendit super has nubes, & omnem viam inimici, ab eis repellere dignetur. Amen.

Benedictio Possessionum, Vinearum, Agrorum, nec non et segetum quarumcumque.

Sacerdos, indutus superpelliceo, &c. (pro vt fieri poterit) sesistat in loco, vbi conspiciat latitudinem terræ benedicendæ, & facta aqua benedicta (vt notatur pag. 193.) genuflexus, & signo Crucis munitus, dicat Antiph.

TE Deum Patrem Ingenium, te Filium Vnigenitum, te Sapiritum Sanctum Paraclitum, Sanctam, & indiuiduam Trinitatem, toto corde, & ore confitemur, laudamus, atque benedicimus. Tibi Gloria in sæcula.

Postea hymnum. Te Deum laudamus, &c.

℣. Verbo Domini Cæli firmati sunt.
℟. Et spiritu oris eius omnis virtus eorum.
℣. Sit nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis, &c. *vt supra pag. 284. dicat Litanias*

B. V. M. cum Sub tuum præsidium, & verſ. &c. *vt ſupra pag.* 134.

Oremus.

Concede quæſumus, omnipotens Deus, vt intercesſio Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, Sanctorumq; omnium Apoſtolorum, Martyrum, Confesſorum, atque Virginum; & omnium electorum tuorum, nos vbique lætificet; vt dum eorum merita recolimus, patrocinia ſentiamus. Per eumdem Chriſtum, &c.

Surgat, & eundo per quattuor latera aruorum, diſtribuat ſequ. preces, in hunc modum. Dum vadit ad primum latus dicat Pſalmus.

QVI regis Iſrael, intende: qui deducis velunt ouem Ioſeph. Qui ſedes ſuper Cherubim: manifeſtare coram Ephraim, & Beniamin, & Manaſſe. Excita potentiam tuam, & veni: vt ſaluos facias nos. Deus conuertere nos, & oſtende faciem tuam: & ſalui erimus. Domine Deus virtutum: quouſque iraſcaris ſuper orationem ſerui tui? Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nos lacrymis in menſura. Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſanauerunt nos. Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. Vineam de Ægypto tranſtuliſti: eieciſti gentes, & plantaſti eam. Dux intineris fuiſti in conſpectu eius: plantaſti

tasti radices eius, & impleuit terram. Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius, cedros Dei. Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius. Vt quid destruxisti maceriam eius: & vidensiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? Exterminauit eam aper de silua: & singularis ferus depastus est eam. Deus virtutum conuertere: respice de Cælo, & vide, & visita vineam istam. Et perfice eam, quam plantauit dextera tua: & super filium hominis, quem confirmasti tibi. Incensa igni, & suffosa: ab increpatione vltus tui perhibunt. Fiant manus tua super virum dexteræ tuæ: & super filium hominis, quem confirmasti tibi. Et non discedimus à te, viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. Domine Deus virtutum conuerte nos: ostende faciem tuam, & salui erimus. Gloria, &c.

DEus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me: & forte quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus susceptor est animæ meæ. Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos. Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum est. Quo-

niam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus. Gloria &c.

BEnedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob. Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis. Numquid in æternum irasceris nobis: aut extendens iram tuam à generatione, & generationem. Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam. Et super sanctos suos: & qui conuertuntur ad cor. Veruntamen propè timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi: iustitia, & pax osculatæ sunt. Veritas de terra orta est: & iustitia de Cælo prospexit. Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos. Gloria Patri, &c.

Stando autem subiungat.

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℞. Et salutare tuum da nobis.
℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Ore-

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, ac miſericors Pater, aſpice precamur, noſtram quotidianam indigentiam, & meſſem ſufficientem victui noſtro benigniter elargire. Magnifica ſuper nos nomen ſanctum tuum, & ſuper agros, & vineas noſtras, copioſiſſimam tuam bene ✠ dictionem infunde, vt arbores, cunctique labores famulorum tuorum plenè fructificent. Auerte Pijſſime Deus, à finibus noſtris, noxia ſydera, tempeſtates, frigora, grandines, imbres, aquarum alluuiones, & quidquid mali, quod humanis ſubſidijs nocere poſſit. Per Chriſtum, &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ ſecundum Matthæum ✝

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore, abijt Ieſus per Sata Sabbato: Diſcipuli autem eius eſurientes, cæperunt vellere ſpicas, & manducare. Phariſei autem videntes dixerunt ei. Ecce Diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere Sabbatis, at illi dixit eis. Non legiſtis, quid fecerit Dauid, quando eſurijt, & qui cum eo erant? quomodo intrauit in domũ Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, niſi ſolis Sacerdotibus? Aut non legiſtis in lege, quia Sabbatis Sacerdotes in Templo Sabbatum violant, &

sine crimine sunt? Dico autem vobis, quia Templo maior est hic: si autem sciretis quid est. Misericordiam volo, & non sacrificium, numquam cōdemnassetis innocentes: Dominus enim est Filius hominis etiam Sabbati. ℟. Laus tibi Christe.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

BEne✠dicat nos Deus Deus noster, Bene✠dicat nos Deus, & terræ nostræ vbertatem concedat in centuplum crescere faciat fructus eius: vt viuentes in exultatione, manipulos nostros cum gratiarum actione colligamus. Per Christum, &c.

Dicatur Exorcismus Coniuro vos aereas tempestas, &c. *vt supra pag.* 286. *Deindè in aliquibus arboribus figantur Cruces ex Oliua, & Cera benedicta.*

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PIetatem tuam, quæsumus omipotens Deus, vt has fruges, quas aeris, & pluuiæ temperamento nutrire dignatus es: Bene ✠ dictionis tuæ imbre perfundas. Tribue Domine populo tuo de tuis muneribus, tibi semper rependere gratias, & à sterilitate terræ esurientium animas (bonis effluentibus replendo) auerte, vt egenus, & diues, æternaliter laudent nomen gloriæ tuę. Per Christū, &c.

Aspergatur illa pars Camporum Aqua benedicta, dicendo, Asperges, &c.

Per-

Pergendo ad ſecundum latus dicat Pſal.

BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer. Confeſſionem, & decorem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento. Extendens cælum ſicut pellem: qui tegis aquis ſuperiora eius. Qui ponis nubem aſcēſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum. Qui facis Angelos tuos ſpiritus: & miniſtros tuos ignem vrentem. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabiiur in ſæculum ſæculi. Abyſſus, ſicut veſtimentum amictus eius: ſuper montes ſtabunt aquæ. Ab increpatione tua fugent: à voce tonitrui tui formidabunt. Aſcendunt montes, & deſcendunt cāpi: in locum, quem fundaſti eis. Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur, neque conuertuntur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus: intermedium montium pertranſibunt aquæ. Portabunt omnes beſtiæ agri: expectabunt onagri in ſiti ſua. Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces. Rigans montes de ſuperioribus ſuis: de fructu operum tuorum ſatiabitur terra. Producens fænum iumentis, & herbam ſeruituti hominum. Vt educas panem de terra: & vinum lætificet cor hominis. Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet. Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani: quas plantauit, illic paſſe-

passeres nidificabuntur. Herodij domus dux est eorum: montes excelsi ceruis, petra refugium herinacrijs. Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ. Catuli leonum rugientes, vt rapiant: & quærant à Deo escam sibi. Ortus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur. Exhibit homo ad opus suum: & ad operationem suam vsque ad vesperam. Quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum, & spaciosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt. Draco iste, quem formasti ad illudendum ei: omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore. Dante te illis, colligent: aperiente manum tuam, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient: & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Sit gloria Domini in sæculum: lætabitur Dominus in operibus suis. Qui respicit terram, & facit eam tremere; qui tangit montes, & fumigant. Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo quamdiu sum. Iucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Do-

Domino. Deficiant peccatores à terra, & iniqui, ita vt non sint: benedic anima mea Domino. Gloria Patri, &c. *Psal.*

AD Dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me. Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus, Cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis impugnabant me gratis. Gloria Patri, &c. *Psal.*

LEuaui oculos meos in montes: vndè veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum, & terram. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormiet, qui custodit te. Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui custodit Israel. Dominus custodit te, Dominus protectio tua: super manum dexteram tuam. Per diem sol non vret te: neque luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus. Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum: ex hoc nunc, & vsque in sæculum. Gloria Patri, &c. *Psal.*

BEatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semen

eius:

eius: generatio rectorum benedicetur. Gloria, & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi. Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & iustus. Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in iudicio: quia in æternum non commouebitur. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius: non commonebitur, donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet: desiderium peccatorum peribit. Gloria Patri, &c. *Et stando vt supra dicat*.

℣. Ostende nobis Domine, &c.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

BENE†dic Domine terram istam, vt det fructum bonum, & sanctum in tempore suo: nam ego in nomine tuo, & S. Vbaldi eam bene ✠ dico, & sanctifico ✠ vt nullus spiritus possit eam turbare. In nomine Patris ✠ & Filij, &c.

Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ secundum Marcum.

✠ Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: dixit Iesus Discipulis suis: Videte quid audiatis: in qua mensura mensi fue-

fueritis remetietur vobis,& adijcietur vobis: qui enim habet, dabitur illi, & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo. Et dicebat: simile est Regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram,& dormiat,& exurgat nocte, & die,& semen germinet,& increscat,dum nescit ille: Vltrò enim,terra fructificat primum herbam, deindè spicam, deindè plenum frumentum in spica, & cum produxeris fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis, & dicebat: simile est Regnum Cælorum grano sinapis: quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra, & cum seminatum fuerit ascendit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues Cœli habitare. ℟ Laus tibi Christe.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Sancte Pater, omnipotens æterne Deus, supplices te deprecamur, vt misericordia tua, iugiter nobis concedas, sufficientem messium copiam fructuum omnium largitatem tribuas, vinearum quoque substantiam abundantem, arborum fætus, prouentusque omnium rerum dones: atque ab ipsis omnibus, pestiferum sydus, tempestatis procellam, grandinis fragorem, & vniuersa noxia amouere digneris Sancte Vbalde. Rogo te,

vt

vt bene✠dicas, & ſancti✠fices hanc terram; Sege-
tes ✠ Arbores ✠ Vineas ✠ fruges ✠ fructus ✠ her-
bas bonas ✠ & legumina ✠ ne poſſit vllus dæmon
ſuper hæc omnia. In nomine Patris ✠ &c.

Dicatur coniuratio Coniuro vos nubes, & grandi-
nes, &c. *vt ſupra pag.* 187. *Ponatur Cruces in arboribus, &c. vt ſupra.*

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

MVltiplica quæſumus Domine ſuper nos miſe-
ricordiam tuam, vt ſuper has fruges veniat
deſideratæ Bene†dictionis vbertas, vt repleti om-
nibus frugibus tuis, in tuo nomine, de tua gratia
ſemper exultemus. Per Chriſtum, &c.

Aſpergatur vt ſupra, &c. Se conferens ad tertium latus, dicat.

Pſalmus.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in
loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam
refectionis educauit me: animam meam conuer-
tit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ: propter
nomen ſuum. Nam etſi ambulauero in medio vm-
bræ mortis: non timebo mala, quoniam tu me-
cum es. Virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſo-
lata ſunt. Paraſti in conſpectu meo menſam: ad-
uerſus eos, qui tribulant me. Impinguaſti in oleo
caput meum: & calix meus inebrians, quam præ-
clarus eſt. Et miſericordia tua ſubſequetur me:
omni-

omnibus diebus vitæ meæ. Et vt inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum. Gloria Patri, & Filio, &c. *Psal.*
In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, &c.
Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion, &c.
Et ſtando vt ſupra, dicat.
℣. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.
℟. Et ſalutare tuum da nobis.
℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.
Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte mitte Spiritum tuum Sanctum, cum omnibus Angelis, & ſpiritibus Beatis, vt defendat ſegetes noſtras, & fruges, & fructus ab imbribus nubium, à fulguribus, à tempeſtatibus, ab auibus, à vermibus, & ab omnibus infeſtationibus dæmonum, cunctaque pro futura nobis benedicat; ſicut & ego in tuo ſanctiſſimo nomine ea Bene ✠ dico. In nomine Patris, ✠ & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ ſecundum Lucam. ✠
Gloria tibi Domine.

CVM turba plurima conueniret ad Ieſum, & de Ciuitatibus properaret ad eum, dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum, & dum ſeminat aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt, & volucres Cæli comederunt illud,

illud, & aliud cecidit ſupra petram, & natū aruit, quia non habeat humorem: & aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud, & aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: qui habet aures audiendi audiat, &c. Laus tibi Chriſte.
℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TE Domine petimus, & rogamus, vt hæc ſegetum, fructuum, oleorum, leguminum, & herbarum ſemina, oculis tuis ſerenis aſpiciat; ſicut enim teſtatus es Moyſi famulo tuo in terra Ægypti, dicens: dic filijs tuis Iſrael, cum ingreſſi fuerint terram promiſſionis, quam eis Dominus Deus daturus eſt, primitas frugum ſuarum offerant Sacerdotibus, & erunt benedicta; ita & nos oramus Domine, auxilium miſericordiæ tuæ, ſuper hæc ſemina, ex quibus, fructus de terra ſuſcipere ſperauimus, vt non grando vlla ſuccidat, non turbo tempeſtatis detruncent, non aquarum inundantia abducant, non aeris intemperies exterminet, ſed tua potentiſſima bene ✠ dictione munita, ſuperabundanter multiplicent, propter animarum, & corporum humanorum vtilitatem, & vſum: Precamur etiam Clementiam tuam, vt ad pleniſſimam maturitatem ea perducere digneris. Per Chriſtum Dominum, &c.

Signe-

Signetur aer, dicendo. Circumdet vos Deus Pater, &c. *vt supra pag. 289.* *Aptentur Cruces arboribus, vt supra, &c.*

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus, qui mollē mundi, ex nihilo pendentem, gubernas, & ad victum humani generis, agros excolere iussisti: misericordiam tuam suplices exoramus; vt quidquid, in hos agros salubris seminis satum, atque platatum est respectu tuæ clementiæ prospicias, & aeris temperiem, moderare digneris, ac reflecato, atque absorpto, omnium tribulorum, spinarumque squallore, efficias fruges fæcundas, & ad temporis opportunitatem perfectè maturescere tribuas, vt nos famuli tui tuis vberibus donis refecti, in tuis ibi debitas laudes perpetuò exercere mereamur. Per Christum, &c. *Aspergatur vt supra, &c.*

Eundo ad quartum latus, dicat Psalm.

CVM inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei, & exaudi orationem meam: Filij hominum vsquequo graui corde. Vt quid diligitis vanitatem: & quæritis mendacium? Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me, cum clamauero ad eum. Irasci-

mini, & nolite peccare, quæ dicitis in cordibus vestris: in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino: multi dicunt, quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo. A fructu frumenti, vini, & olei sui: multiplicati sunt. In pace in idipsum: dormiam, & requiescam. Quoniam tu Domine singulariter in spe: constituisti me. Gloria Patri, &c.

Beati omnes qui timent Dominum, &c.

Ad te Domine leuaui animam meam, &c.

Et stando, vt supra, dicat Ostende, &c.

Oremus.

PReces nostras quæsumus, Domnine clementer exaudi, & contra cuncta nobis aduersantia dexteram tuę maiestatis extende. Per Christũ, &c.

℣. Dominus vobiscum. ℞. Et cum spiritu tuo.

Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ secundum Ioannem.

✠ Gloria tibi Domine.

IN Illo tempore, dixit Iesus discipulis suis: Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor mẽses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum, in vitam æternam, vt qui seminat simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum

bum verum, quia alius eſt, qui ſeminat, & alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere, quod vos non laboraſtis; alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis. ℟. Laus tibi Chriſte.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DOmine Sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui Cælum, terram, mare, & omnia creaſti, tibi ſuppliciter petimus, vt in tua ineffabili prouidentia, qua vniuerſa mirabiliter gubernas, hos agros, vineas, arbores, ac ſegetes bene ✠ dicere, & Sancti ✠ ficare digneris, & eis fertilitatem tribuere, ad ſuſtentationem ſeruorum tuorum, ad ſolamen corporum, & ad ſpiritualem refectionem animarum. Per Chriſtum, &c.

Dicatur adiuratio S. Matthæus ✠ &c. vt ſupra pag. 289. muniantur Arbores Cruce, &c.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus qui B. Birgitæ, *vt ſupra pag.* 284. Aſpegatur; &c.

Sacerdos reuerſus ad priorem locum, flexis genibus, dicere poterit Litanias Sanctorum, & cum peruentum erit ad

℣. Vt fructus terræ dare, &c.

Se erigens verſus Orientem, ſignando agros, cum Agnus Dei, ſimul cum reliquijs Sanctorum dicat.

℣. Vt à finibus iſtis grandines à Dæmonibus qua-

 liter-

litercumque excitatæ fuerint in aquam reducere ✠ digneris.
℟. Te rogamus audi nos.

Versus Aquilonem.

℣. Vt regionem hanc à grandinibus præseruare ✠ liberare ✠ & tueri ✠ digneris.
℟. Te rogamus audi nos.

Versus Austrum.

℣. Vt à possessionibus, vineis, & arboribus istis, omnes grandines elongare ✠ disperdere ✠ destruere ✠ & annihilare ✠ digneris.
℟. Te rogamus adi nos.

Postea terminentur Litaniæ, cum suis Precibus, &c. & denuo aspergantur, dicendo.

BEnedictio Dei Omnipotentis Patris ✠ & Filij & Spiritus ✠ Sancti, descendat supe agros, vineas, fruges, & arbores istos, ac super nos omnes, & maneat semper. Amen.

Si hæc benedictio, sic solemniter, pro generali penuria: paretur locus eminens, qui respiciat latitudinem Territorij, vbi superior spiritualis (quisquis sit) indutus amictu, alba, & pluuiali violaceo (Clero Sæculari, & Regulari, nec non et Societatibus omnibus, in habitu decenti, vt mos est, concomitantibus) conueniens benedicat, modo præscripto: tantum se vertens ad latera agrorum, dum dicit preces, & coniurationes. Cæteri verò semper orent flexis genibus. Benedicendo poterit vti Psalmis, & deprecationibus plus, aut minus, pro libito suo.

Be-

Benedictio Horrei.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & Terram.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

ADsit nobis quæsumus Domine virtus Spiritus Sancti, quæ, & corda nostra expurget, & ab omnibus tueatur aduersis. Per Dominum, &c.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ secundum Lucam.
✠ Gloria tibi Domine.

IN illo tempore, dixit Iesus turbis Iudæorum. Videte, & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia, cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens, hominis cuiusdam diuitis, haberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, dicens. Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? & dixit. Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora faciam, & illic congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ. Anima, habes multa bona posita in annos plurimos; requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum Diues. ℟. Laus tibi Christe.

Dicatur Psalmus.

BEnedictus Dominus Deus meus : qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus, & in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me. Domine quid est homo quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum? Homo vanitati similis factus est. Dies eius, sicut vmbra prætereunt. Domine inclina Cælos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt. Fulgura corruscationes, & dissipabis eos emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto; eripe me, & libera me de aquis multis, de manu Filiorum alienorum. Quorum os locutum est vanitatẽ: & dextera eorũ dextera iniquitatis. Deus Canticum nouum cantabo tibi: in psalterio de cachordo psallam tibi. Qui das salutem Regibus, cui redemisti Dauid seruum tuum: de gladio maligno eripe me. Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij, sicut nouellæ plantationes: in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ: circumornatæ, vt similitudo Templi promptuaria eorum plena; eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fætosæ; abundantes in egressibus suis; Boues eorum crassæ. Non est ruina maceriæ, neque transitus

ſitus: neque clamoris in plateis eorum. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt; Beatus populus, cuius Dominus, Deus eius. Gloria Patri, &c. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter, &c. ℣. Et ne nos inducas, &c.

℟. Sed libera nos à malo.

℣. Saluos fac ſeruos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens, & miſericors Deus, qui vbique præſens es. Maieſtatem tuam ſuppliciter exoramus; vt huic horreo, gratia tua adeſſe dignetur, quæ cuncta aduerſa, ab eo repellat, & abundantiam Bene ✠ dictionis tuæ ſuper illud largiter effundat. Per Chriſtum, &c.

Aſpergatur dicendo. Benedictio Dei Patris ✠ &c. deſcendat ſuper hoc horreum, & ſuper ea, quæ in illo reponentur. Amen.

Benedictio Orizarum.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

ſcorpionem. Si ergo vos cum ſitis malì, noſtis bona data dare Filijs veſtris; quantò magis, Pater veſter, de Cælo dabit Spiritum bonum petentibus ſe? ℟. Laus tibi Chriſte.

Pſalm. Qui confidunt in Domino, &c.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter, &c. ℣. Et ne nos inducas, &c.

℟. Sed libera nos à malò.

℣. Saluos fac ſeruos tuos.

℟. Deus meus ſperantes in te.

℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℟. Et filius iniquitatis non apponat nocère nobis.

℣. Dominus dabit benignitatem.

℟. Et terra noſtra dabit fructum ſuum.

℣. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur.

℟. Et renouabis faciem terræ.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

TE Domine petimus, ac rogamus, vt hos fructus orizarum, tuis oculis ſerenis, hilarique vultu reſpicere digneris, ſicut enim teſtatus es Moyſi famulo tuo, in terra Ægypti, dicens; Dic Filijs Iſrael, cum ingreſſi fuerint terram promiſſionis, quam eis daturus ſum, vt primitias offerant

ferant Sacerdotibus,& erunt Benedictæ fruges;ita nos oramus te Domine, vt auxilium gratiæ tuæ super nos, & hos fructus Orizarum ad Bene ✠ dictionem proferendam concedas: vt non grando surripiat,non turbo subuertat,non tempestates detruncent, non aeris serenitas exurat, non innundatio pluuiarum exterminet,sed incolumes superabundanter, propter vsum Hominum, ad plenissimam maturitatem perducere digneris. Per Christum, &c. *Aspergatur, &c.*

Benedictio Peregrinorum ad loca Sancta prodeuntium.

Celebrata Missa, & ipsis Sacra Communione refectis, ac genuflectentibus, dicat Sacerdos.

Antiph. In viam pacis, &c.

Psal. Benedictus Dominus Deus Israel, &c.

Repetitur Antiph. In viam pacis, & prosperitatis dirigat vos omnipotens, & misericors Dominus: & Angelus Raphael comitetur vobiscum in via, vt cum pace, salute, & gaudio reuertatis ad propria.

Kyrie eleison. Christe eleison. Christe eleison. Pater noster, &c. ℣. Et ne nos inducas, &c.

℣. Saluos fac seruos tuos.

℟. Deus meus sperantes in te.

℣. Mitte eis Domine auxilium de Sancto.

℟. Et de Sion tuere eos.

℣. Esto eis Domine turris fortitudinis.

℟. A facie inimici.
℣. Nihil proficiat inimicus in nobis.
℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
℣. Benedictus Dominus die quotidie.
℟. Prosperum iter faciat vobis Deus salutarium nostrorum.
℣. Vias tuas Domine demonstra nobis.
℟. Et semitas tuas edoce nos.
℣. Vtinam dirigantur viæ nostræ.
℟. Ad custodiendas iustificationes tuas.
℟. Erunt praua in directa.
℣. Et aspera in vias planas.
℟. Angelis suis Deus mandauit de te.
℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟ Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui filios Israel per maris medium, sicco vestigio, ire fecisti, quique tribus Magis, iter ad te Stella duce pandidisti: tribue eis, quæsumus iter prosperum, tempusque tranquillum, vt Angelo tuo Sancto comite ad eum, quò pergunt locum, ac demum ad æternæ salutis portum fæliciter valeant peruenire.

DEus, qui Abraham puerum tuum, de Vr Chaldæorum eductum, per omnes suæ peregrinatio-

nationis vias illæsum custodisti: quæsumus: vt hos famulos tuos custodire digneris: Esto eis Domine in procinctu suffragium, in via solatium, in æstu vmbraculum, in pluuia, & frigore tegumentum, in latitudine vehiculum, in aduersitate præsidium, in lubrico baculus, in naufragio portus; vt te duce, quo tendunt; prosperè perueniant, & demum incolumes ad propria reuertatur.

ADesto, quæsumus Domine, supplicationibus nostris, & viam famulorum tuorum in salutis tuæ prosperitate dispone, vt inter omnes viæ, & vitæ huius varietates, tuo semper protegantur auxilio.

PRæsta quæsumus omnipotens Deus, vt familia tua, per viam salutis incedat, & Beati Ioannis Præcursoris hortamenta sectando, ad eum, quem prædixit, secura perueniat Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum.

EXaudi Domine preces nostras, & iter famulorum tuorum, propitius comitare, atque misericordiam tuam, sicut vbique es, ita vbiq; largire, quatenus à cunctis aduersitatibus tua opitulatione defensi, gratiarum tibi referant actionem. Per Christum, &c.

Pax, & benedictio ✠ Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Asper-

Aspergantur, &c. Quod si vnus fuerit peregrinaturus, omnia dicantur in numero singulari, ac si Sacerdos ipse, qui benedicit, fuerit socius peregrinationis, dicat in persona prima numeri pluralis, quatenus congruere videbitur.

Benedictio Peregrinorum post reditum.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Antiph. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Psal. Beati omnes, qui timent Dominum, &c.

Repetitur Antiph. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, &c. ℣. Et ne nos inducas, &c.

℣. Benedicti, qui venit in nomine Domini.

℟. Benedicti vos à Domino, qui fecit Cælum, & terram.

℣. Respice Domine in seruos tuos, & in opera tua

℟. Et dirige eos in via mandatorum tuorum.

℣. Domine exaudi, &c. Dominus, &c.

Oremus.

LArgire quæsumus Domine famulis tuis, indulgentiam placatus, & pacem, vt pariter ab omnibus mundentur offensis, & secura tibi mente deseruiant.

OMnipotens sempiterne Deus, nostrorum temporum, vitæque dispositor, famulis tuis con-

tinuæ

tinuæ tranquillitatis largire subsidium, vt quos incolumes proprijs laboribus reddidisti, tua facias protectione securos.

DEus humilium visitator, qui nos fraterna dilectione consolaris, prætende societati nostræ gratiam tuam, vt per eos, in quibus habitas, tuum nobis sentiamus aduentum. Per Dominum, &c. *Aspergatur, &c.*

Sacerdote dicente Pax, & benedictio ✠ &c.

Benedictio Imaginis B. V. M.

℣. Domine exaudi, &c. Sub tuum præsidium, &c.

Psal. Fundamenta eius in montibus, &c.

℣. Aue Maria gratia plena. ℟. Dominus tecum.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, qui Virginalem aulam Beatæ Mariæ Virginis, in qua habitares eligere dignatus es, da quæsumus, vt sua nos defensione munitos iucundos facias suæ interesse venerationi. Qui viuis, & regnas, &c.

O Gloriosa Dei genitrix semper Virgo Maria, quæ Dominum omnium meruisti portare, & Regem Angelorum sola Virgo lactare: nostri quæsumus, pia memorare, & pro nobis Christum deprecare, vt tuis Sanctis patrocinijs fulti ad Cælestia regna mereamur peruenire.

Can-

Canticum Magnificat: anima mea, &c.

Oremus.

DEus, qui de B. M. V. vtero Verbum tuum, Angelo nunciante, carnem ſuſcipere voluiſti: præſta ſupplicibus tuis, vt qui verè eam Genitricem Dei credimus, eius apud te interceſſionibus adiuuemur. Per eumdem, &c.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui clementiæ tuæ diſpoſitione, cuncta ex nihilo creaſti: hanc Imaginem in honorem Pijſſimæ Genitricis filij tui Domini Noſtri Ieſu Chriſti venerabiliter adaptatam bene✠dicere, & ſancti✠ficare digneris, & præſta miſericordiſſime Pater, per inuoca-[redacted]ominis tui, atq; Vnigeniti filij tui, quem pro [redacted]neris integritate B. V. quicumq; eadem Miſericordiæ Reginam, & Glorioſiſſimam Dominam noſtram, coram hac Effigie, ſuppliciter honorare ſtuduerit, & de inſtantibus periculis eruantur, in conſpectu Diuinæ Maieſtatis tuæ, de commiſſis, & omiſſis veniam impetrent, atque mereantur in præſenti gratiam, quam deſiderant adipiſci, & in futuro perpetua ſalutatione, cum electis tuis, valeant gratulari. Per eumdem, &c.

DEus, qui B. M. V. matrem tuam, Mundi Dominam cordis illuminatricem, atque nauigantium in fluctibus huius ſæculi, maris ſtellam, & du-

& ducem, ſecundum ſacratiſſimum nomen tuum conſtituiſti: Concede quæſumus; vt qui hoc dulciſſimum nomen recolendo, veneramur, & eius Imaginem honoramus, in cunctis actibus noſtris, ab ipſa gubernari, illuminari, atque dirigi mereamur. Qui viuis, &c. *Aſpergatur Aqua benedicta.*

Benedictio Imaginum Dei, ſeù Virginem, ſeù aliorum Sanctorum.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Sanctorum tuorum Imagines, ſiuè Effigies ſculpti, aut piginos repudias: vt quoties illas oculis corporis intuemur, toties eorum [illegible]ctus, & Sa[illegible] ad imitandum memoriæ o[illegible]emur: hanc (quæſumus) Imaginem, ſeù ſculpturam in memoriam, & honorem tui, vel Vnigeniti Filij tui Domini Noſtri Ieſu Chriſti, vel Beatiſſimæ Virginis Mariæ: vel B.N. Apoſtoli tui, vel Martyris, vel Confeſſoris, aut Pontificis, aut Virginis adaptatam Bene ✠ dicere, & Sancti ✠ ficare digneris, & præſta, vt quicumque coram illa, te, vel Beatiſſimam Virginem, vel glorioſum Apoſtolorum, Martyrem, Confeſſorem, vel Virginem, ſupplicitèr honorare ſtuduerint, illius precibus, & obtentu, à te gratiam in præſenti, & æternam gloriam obtineant in futuro. Per Chriſtum, &c. *Aſperg.*

Be-

Benedictio Coronæ.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui propter nimiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum Dominum nostrũ Iesum Christum, pro redemptione nostra de Cælis in Terram, descendere, & de Beatissimæ Virginis Mariæ vtero, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti, vt nos eriperes de potestate Diaboli: obsecramus immensam clementiam tuam; vt hanc Coronam in honorem, & laudem eiusdem Genitricis Filij tui ab Ecclesia tua fidei dicatam benedicas † & sanctifices, eique tantam infundas virtutem Spiritus Sancti, vt quicumque eam portauerit, vel dixerit, aut in domo reuerenter tenuerit, ab omni hoste, & facturis semper, & vbique in hoc seculo liberetur, & in exitu suo à Beatissima Virgine, & S. Vbaldo, tibi, plenus bonis operibus, præsentari mereatur. Per eumdem, &c. Amen.

Benedictio Coronæ Rosarij.

℣. Adiutorium, &c. Dominus, &c.

Oremus.

OMnipotens, & misericors Deus, qui propter eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos Filium tuum vnigenitum, Dominum nostrum Iesum Christum, de cælis in terram descendere, &

de Beatissimæ Virginis Mariæ Dominæ nostræ, vtero sacratissimo Angelo nunciante, carnē suscipere, crucemque, ac mortem subire, & tertia die gloriosè à mortuis resurgere voluisti, vt nos eriperes, de potestate diaboli; obsecramus immensam clementiam tuam, vt hæc signa Rosarij, in honorem, & laudem eiusdem Genitricis Filij tui, ab Ecclesia tua fideli dicata, bene ✠ dicas, & sanctifices ✠ eisque tantam Spiritus Sancti infundas virtutem, vt quicumque horum quodlibet secum portauerit, atque in domo suis reuerenter habuerit, & in eis ad te secundum eiusdem Sanctæ Societatis iustitia, Diuina contemplando Mysteria, deuotè abundet, sitque consors, & particeps omnium gratiarum, priuilegiorum, & indulgentiarum, quæ idem Societati per sanctam Sedem Apostolicam concessa fuerunt, & ab omni hoste visibili, & inuisibili semper, & vbique in hoc, & in futuro sæculo liberentur, & in exitu suo ab ipsa Beatissima Virgine MARIA Dei genitrice tibi plenus bonis operibus, præsentari mereamur. Per Christum, &c. *Aspergatur, &c.*

Benedictio Rosarium Sanctissimi Rosarij.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cælum, & terram.
℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Ore-

Oremus.

DEus creator, & conseruator generis humani, dator gratiæ spiritualis, & largitor æternæ salutis, benedictione tua sancta, benedic ✠ has Rosas, quas pro gratijs tibi exoluendis, cum deuotione, ac veneratione Beatæ semperque Virginis Mariæ, hodie tibi præsentamus, & petimus benedici, & infundi in eis per virtutem sanctæ Crucis ✠ benedictionem cælestem: vt qui eas ad odoris suauitatem, & repellendas infirmitates humano vsui, tribuisti talem signaculo sanctæ Crucis ✠ benedictionem accipiant, vt quibuscumque infirmitatibus appositæ fuerint, seù qui eas in domibus suis, vel locis, cum deuotione habuerint, aut portauerint infirmitates sanentur: discedant diaboli: contremiscant, & fugiant pauidi, cum suis ministris, de habitationibus illis, nec amplius tibi seruientes inquietare præsumant. Per Christum, &c. *Aspergantur, &c.*

Benedictio Liliorum in die S. Antonij à Patauia.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cælum, & terram.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DEus, à quo omne bonum ſumit initium, & ſemper ad potiora progrediens, percipit incrementum, concede quæſumus, ſupplicantibus nobis: vt quod ad laudem nominis tui inchoare aggredimur, æterno tuæ paternæ ſapientiæ munere perducantur ad terminum. Per Chriſtum Dominum noſtrum, &c.

Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ ſecundum Matthæum.

✠ Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis Nemo poteſt duobus Dominis ſeruire: Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Ideò dico vobis; ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ, quid manducetis, neq; corpori veſtro, quid induamini. Nonnè anima plus eſt, quam eſca, & corpus plus, quam veſtimentum? Reſpicite volatilia Cæli, quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater veſter Cæleſtis paſcit illa. Nonnè vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cogitans, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum; Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſiderate lilia agri, quomodo creſcunt: non laborant, neque nent. Dico autem vobis: quoniam nec Salomon, in omni gloria, ſua, coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis.

Si

Si autem fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur. Deus ſic veſtit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibimus, aut quo operimur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater veſter, quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

℟. Laus tibi Chriſte.

℣. Iuſtus, germinabit ſicut Lilium.

℟. Et florebit in æternum ante Dominum.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEus Creator, & conſeruator generis humani: Candidæ puritatis Amator. Dator gratiæ ſpiritualis, & largitor æternæ ſalutis. Bene ✠ dictione tua Sancta. Bene ✠ dic hæc Lilia, quæ pro gratijs exoluendis, in honorem S. Antonij Confeſſoris tui: Supplices hodiè tibi præſentamus, & petimus benedici. Infunde in eis ſalutari ſignaculo Sanctiſſimæ ✠ Crucis rorem Cæleſtem. Tu benigniſſime, qui ea, ad odoris ſuauitatem, & depellendas infirmitates humano vſui tribuiſti: tali virtute, decora reple, confirma, vt quibuſcum-

que morbis apposita, seù in domibus, locisque posita, vel à quouis, cum deuotione secum portata fuerint. Languores fugentur; discedant diaboli contremiscant, & recedant pauidi, cum suis ministris, de habitationibus illis, nec vnquam, tibi seruientes, inquietare præsumant, eodem Diuo famulo tuo glorioso, nec non et miraculoso, pro nobis intercedente. Per Dominum nostrum, &c. *Aspergantur, &c.*

Deinde flexis genibus dicatur seq. ℟. Orat. ℣. &c.

SI quæris miracula, Mors, Error, calamitas, Dæmon, lepra, fugiunt, Ægri surgunt sani. Cedunt mare vincula, Membra, resque perditas, Petunt, & accipiunt, Iuuenes, & cani. Pereunt pericula, Cessat, & necessitas, Narrent hi, qui sentiunt, Dicant Paduani. Cedunt, &c. Gloria Patri, &c. Cedunt &c.

℣. Ora pro nobis Beati Antoni.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

SVbueniat plebi tuæ, quæsumus Domine, præclari confessoris tui B Antonij, deuota, & iugis deprecatio, quæ in præsenti nos tua gratia dignos efficiat, & in futuro gaudia donec æterna. Per Dominum Iesum Christum filium tuum, qui viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen. *Distribuantur.*

Exor-

Exorzimus, pro his, qui Matrimonio à diaboli maleficijs impediuntur.

Sacerdos ponens manum super maleficiati caput dicat.

EXtinguatur in te N. omnis virtus diabolica per impositionem manuum mearum, immò per inuocationem omnium Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & Martyrum, Confessorum; atque Virginum, & omnium simul Sanctorum. In nomine Patris ✠ &c. *Aspergantur, &c. dicat.*

Sequentia ✠ S. Euangelij ✠ secundum Ioannem.

✠ Gloria tibi Domine.

IN illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galileæ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem, & Iesus, & Discipuli eius ad nuptias; & deficiente vino, dicit Mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Iesus. Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit Mater eius Ministris. Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundum purificationem Iudęorum, capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit ei Iesus. Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt: Vt autem gustauit Architriclinus, aquam vinum factam, & non sciebat vndè esset, Ministri autem scie-

sciebat, qui hauserant aquam vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei. Omnis homo, primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est; tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit initium signorum, Iesus in Cana Galileæ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum Discipuli eius. ℞. Laus tibi Christe.

Oremus.

DOmine Iesu Christe, Æterni Patris, & Beatæ Mariæ Virginis filius, qui in Paradiso Terrestri, Sanctum matrimonium, in officium, & conseruationem, atque multiplicationem humanæ naturæ instituisti, & ipsum matrimonium, in aduentu tuo, ex primordijs miraculorum tuorum, mirabiliter honorasti: quæsumus clementiam tuam, vt per merita, & preces Beatissimæ Virginis Mariæ Matris tuæ, & omnium Sanctorum, Sanctarum tuarum digneris hunc famulum tuum N. quem matrimonialiter coniunxisti bene ✠ dicere, & liberare ab omni ligamento, fascinamento, & maleficio Sathanæ, & ministrorum eius, & dare ei fæcunditatem, & gratiam, vt libere possit vti matrimonio suo ad generandam, concipiendam, & nutriendam prolem Deo, & hominibus gratiam. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

Si-

Signet in fronte malef. & dicat.

IN Nomine Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Coniuro vos omnes, Angeli tartarei tàm absentes, quàm præsentes, per eum, qui vos eiecit de superno Cælorum habitaculo, qui fertis malum contra genus humanum, & qui fabricastis, & conseruastis malum, & maleficium huic creaturæ Dei N. à maleficio, seù maleficia procuratum, vel aliquo alio modo illi inflictum, vt vbicumque illud sit positum, statim, & sine mora ab illo loco amoueatis, & in virtute Dei omnipotentis illud destruatis, & omne impedimentum, illi iniectum, festinanter ad nihilum redigatis, vt liberè, & sine difficultate, matrimonio vti possit, ad honorem Dei omnipotentis, qui illum creauit, & matrimonialiter eum coniunxit. In nomine Patris ✠ &c.

Oremus.

EXpelle Domine Deus omnipotens, virtutem tuam ab hac creatura tua N. omnes maleficiorum vanitates, & incursus Dæmonum, & per hoc signum Sanctæ Crucis ✠ Saluatoris nostri Iesu Christi, tolle potestatem, tolle impetum Sathanæ, & Angelorum, atque maleficiorum eius, & ne permittas illos nocere huic creaturæ tuæ N. Memento Abraham, Isaac, & Iacob seruorum tuorum, & miserere illi, atque libera eam ab omnibus

nibus maleficijs, incantationibus, ligaturis, signaturis, & facturis sibi, arte diabolica, à quocumque malefico, vel malefica factis, & redde illi sanitatem pristinam, ad procreandam prolem, & in tuo seruitio educandam. Per eumdem, &c. *Aspergat in modum Crucis, & dicat.*

ITerum coniuro ✠ vos omnes spiritus malignos, & Dæmones Infernales, cœlestes, terrestres, igneos, aereos, & aqueos, & omnes spiritus, omnibus orbibus, & sphæris seruientes, & in ipsis, & in quocumq; loco habitantes; ad vos, & cõtra vos perueniant potenter, & fortissimè omnes coniurationes meæ, & potenter vobis præcipio, ac strictissimè impero ex parte Dei Omnipotentis, & Sanctæ, ac Indiuiduæ Trinitatis. Patris ✠ Filij ✠ & Spiritus Sancti, & in virtute, atque potentia Agni Diuini Immaculati, qui potenter ambulat, super aspidem, & basiliscum, qui æternaliter conculcauit leonem, & draconem, & potenter, atque strictissimè vobis mando, vt amota omni obstinatione, statim, & sine mora aliqua, destruatis, & ad nihilum redigatis omnia maleficia, & incantationes, ligaturas, signaturas, facturas, & omne opus nefarium à quocunq; Dæmone malefico, vel malefica factum, in quocunque loco sit positum, & à quouis Dæmone custodiatur, non obstantibus ligaminibus, quibus hæc creatura Dei, ab actu matri-

tri-

trimoniali impediatur. Quæ omnia per virtutem Sanctissimæ Passionis Domini Nostri Iesu Christi, & per omnia alia, quibus ligari, & cruciari, & ad varias pænas, & tormenta Infernalia mitti potestis, vos constringo, & cogo, vt sine vlla contradictione hæc omnia adimpleatis, alioquin per virtutem eius, qui orbem tremere facit, vos ad Infernale supplicium condemnabo, & in stagnum ignis, & sulphuris æternaliter præcipitabo, vbi fumus tormentorum vestrorum ascendet in sæcula sæculorum. Amen.

Psal. Beati omnes, qui timent Dominum, &c.

Oremus.

DOmine Deus omnipotens Pater Domini Nostri Iesu Christi, qui per Vnigenitum Filium tuum, vterum Beatæ Virginis Mariæ, mirabiliter fæcundasti, vt de Spiritu Sancto ipsum conciperet, portaret, pareret, ac nutriret, te Deum omnipotentem vniuersorum Creatorem, humiliter inuocamus, vt per clementiam tuam, huic famulo tuo N. fæcunditatis donum tribuere, tua pietate digneris, vt ex legitimo matrimonio generare, ac nutrire prolem tibi, tuoque sancto seruitio valeat, in vitam æternam. Amen. *Aspergat, & dicat.*

Iterum, atque iterum coniuro vos ✠ Dæmones Infernales, in quacunque parte Mundi sitis, & habitatis, quibus data est potestas fascinandi, & male-

lefi-

leficiandi corpus istius creaturæ Dei N. & ipsum impediendi ab vsu legitimo matrimonij, per Patrem ✠ & Filium ✠ & Spiritum ✠ Sanctum, & per Iesum Christũ filium Dei Potentissimi, Creatoris omnium, qui omnia ex nihilo creauit, vos constringo, & cogo, vt non habeatis potestatem conseruandi quodcunque maleficium, ligaturam, facturam, & incantationem, arte diabolica, à quouis malefico, vel malefica fabricatam, & illi inflictam, & vobis præcipio, vt non obstante quocunque pacto tacito, vel expresso, in virtute eiusdem Dei omnipotentis, omnia maleficia destruatis, & ad nihilum illa redigatis. Quod si more vestro bestiali, præceptis meis, vobis in virtute Dei factis, obedire contempseritis, auctoritate Domini Nostri Iesu Christi, præcipio Lucifero, & omnibus spiritibus, & furijs Infernalibus, vt contra vos insurgant, & irruant, & in stagnum ignis, & sulphuris, vos præcipitent, ligent, & acrius, ac durius solito, vos excrucient, & omnibus pænis vos affligant in sæcula sæculorum. Amen.

DOmine Deus Pater Omnipoteas, Rex æternorum, creator, rector, & moderator omnium sæculorum, Pater Domini Nostri Iesu Christi, qui iurasti, & promisisti Abrahæ Patri nostro, multiplicare semen eius, sicut stellas cœli, & velut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non po-

poteſt; quiq; humanum genus, Sanctiſſimo Matrimonio, ad honorem tuum multiplicare voluiſti, te humiliter exoramus, Rex omnipotens, & immortalis, qui ſedes ſuper Cherubim, & Seraphim, vt diſſoluere, deſtruere, & annihilare pro tua pietate, & miſericordia, & benignitate digneris, omnia maleficia, ligamina, & incantationes, ſignaturas, facturas, faſcinationes, & omnia opera Diaboli, & miniſtrorum eius, huic creaturæ tuæ facta, ſicut deſtruxiſti magica figmenta Iannes, & Mambri, vt illis non obſtantibus, Sanctiſſimo Matrimonio, ad procreandam, & educandam tibi tuoque ſeruitio prolem vti poſſit. Per eumdem, &c.

Aſpergat, & dicat.

COniuro vos ✠ omnes ſpiritus Dei rebelles, & Dæmones Infernales, & vos aereas poteſtaſtates, & principes Infernales, & vos omnes ſpiritus ſpeciales, & generales, de quocunque genere ſitis ab Oriente, ab Occidente, à Meridie, à parte Auſtrali, & ex omnibus partibus Mundi, vbicunſitis, & habitatis, ſiuè in igne, ſiuè in aere, ſiuè in aqua, ſiuè in terra, ſiuè in omnibus, quæ ex quatuor elemẽtis ſunt compoſita, & quæ in ipſis ſunt, viuunt, & permanent, & in quocunque loco, & parte Mundi ſitis per virtutem, & omnipotentiam magni Dei omnipotentis, Patris ✠ & Filij ✠ Spiritus ✠ Sancti, & per Paſſionem, Crucem, & mortem

tem

tem Domini Nostri Iesu Christi, vobis præcipio, vt per verba coniurationis meæ stim, & sine mora aliqua, in virtute ipsius Dei, destruatis omnia maleficia, incantationes, ligaturas, & facturas, & omne opus nefarium Diaboli, huic creaturæ Dei factum, vbicunque sit, & permaneat, siuè in fundamentis domus sit, siuè in ingressu domus, in camera, aut in lecto, siuè in ædificio, aut pariete, in agro, via, semita, horto, vel in parte aliqua positum sit, siue in vestibus, & rebus eius, seù domus, aut in arbore, fouea, puteo, aut in fluuio, seù in quacunq; alio loco sit, & permaneat, siuè illud sit absconditum in statua aliqua lignea, ferrea, ærea, aurea, argentea, vel positum in iuncturis membrorum eius, vel illi datum sit in cibum, & potum, ex quacunque materia sit fabricatum siuè in ære, plumbo, auro, argento, lana, lino, vel ex ossibus mortuorum, animalium quadrupedum, volatilium, vel piscium, siuè in carta virginea, siuè in herbis, verbis, & lapidibus, & ex quacunque alia materia, & re materiali illud sit fabricatum à quouis illud sit fabricatum, siuè ille sit masculus, siuè fœmina, siuè magus, siuè sortilega, siue sit mortuus, siuè viuus, siuè sit Christianus, siuè Hæbreus, siuè Gentilis, & Infidelis, & illa vbicunque sint, statim festinanter, sine mora ad nihilum redigatis, non obstantibus quibuscunque conuentionibus,

& pa-

& pactis inter vos, & maleficum, seù magam initis, ad impediendum hunc famulum Dei N. ab vsu legitimo matrimonij. Quod si aliquis Dæmon, quicunq; sit ille, ausus fuerit præcepta mea, illi in virtute Dei facta contemnere, & illis non obtemperare, in virtute eiusdem Dei omnipotentis, & Domini Nostri Iesu Christi, præcipio Lucifero, Sathanæ & omnibus principibus, & spiritibus Infernalibus, vt contra illum insurgant, & in profundum Inferni ipsum demergant, & ibi illum ligent, affligant, & excrucient, ac omnibus pœnis Infernalibus, acrius, & durius solito eum afficiant, & non sit illi adiutor, nec sit, qui illum adiuuet, & sit illi interdictus omnis locus præter centrum inferni, vbi horribiliter, & acriter crucietur, & vbi fumus tormentorum eius ascendet in sæcula sæculorum. Amen. *Ponat manum super caput eius, & dicat.*

SI aliquis Maleficus, per sua maleficia, incantationes, ligaturas, signaturas, & facturas suas, vel aliquo verbo, aut pacto, arte diabolica inito, vel aliquo alio maleficio te N. fascinauit, vel aliquo vinculo te ligauit, vt non possis vti matrimonio, Christus filius Dei viui per suam pietatem, & misericordiã te ab illo liberet, & absoluat, & ego auctoritate Dei omnipotentis Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti mihi ab ipso, & à Sancta Catholi-

tholica, & Romana Ecclesia tradita, dissoluo omnia illa maleficia, quibus tu N. ab actu coniugali impeditis, & dissoluta esse decerno, & præcipio omnibus spiritibus immundis, qui ad instantiam aliorum Dæmonum, seù maleficiorum impedimenta illa fabricauerunt, seù conseruauerunt, vel adhuc tali impedimento fauent, & illud conseruant, & impediunt hunc seruum Dei N aliquo maleficio, seù factura, à tali actu, vt statim, & sine mora, non obstante quocumque pacto cum Malefico, seù Malefica inito, siuè mora destruant, & ab illo remoueant, omnem malignam suam fascinationem, & omne opus nefarium diaboli, & ministrorum eius, per virtutem, & in virtute Domini Nostri Iesu Christi, qui propter magnam misericordiam suam, venit in hunc Mundum, & incarnatus est in vtero Beatissimæ Virginis Mariæ, vt homines perditos ad Cælestia reuocaret, quos diabolus sua peruersitate damnauerat, & causa destruẽdi, & expellendi omnia opera Sathanæ, & maleficia eius ab omnibus, & condemnandi Dæmones in profundum Inferni, & abyssi. Ecce Crucem Domini ✠ fugite partes aduersæ, vicit Leo de Tribu Iuda, radix Dauid. Iesus Mariæ filius, Mundi salus, & Dominus, qui Beatissimæ Virgini Matri suæ fælicem partum tribuit, sit tibi clemens, & propitius, & ipse tibi N. concedat, vt

ma-

matrimonio vti possis ad generandam, & educandam, atque nutriendam prolem, Deo, & hominibus gratiam. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ &c.

Vngat eum oleo benedicto, vt supra aspergat, &c. postea benedicat, eius Thalamum, Torum, Indumenta, eiusque cibaria, vt supra.

Regole per ordinare vn' esercitio Spirituale di disciplina, ò d'altro.

Solendo d'ordinario gl' Apostolici Predicatori (per deuiare li Popoli dal male, & allettarli al bene) introdurre, ò rauiuare qualch' esercitio Spirituale; hò stimato ispediente di facigliatarglielo con qualche Regola determinata, e perche quanto sarà più breue, riuscirà più gradito, potranno spender' vn' hora, e non più.

Auisata l'vdienza dell' hora, mentre le persone si vanno congregando nella Chiesa deputata, il Padre Predicatore, ò altro da lui dipendente, genuflesso d'auanti l' Altare, segnandosi, dirà con alta voce. In nomine ✠ Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Oremus.

Actiones nostras, quæsumus Domine aspirando præueni, & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio, & operatio, à te semper incipiat, & per cæpta finiatur. Per Christum, &c.

Farà poscia vn cenno col campanello, al quale si leggerà qualche libro diuoto, per vn quarto d'hora in circa. Arriuata la

la gente, toccherà il Campanello, e se vorrà con vn curto discorso infervorare gl' astanti, sarà in sua libertà, si manderanno fuori di Chiesa li fanciulli, li cani (se ve ne saranno) si serreranno le porte, si distribuiranno da due le discipline, si smorzeranno le lumiere, seruatane vna nascosa, per riaccenderle subito che occorrera dirà il Padre, ò altro in canto flebile. Iube Domne benedicere. *Risponderà l'istesso, ò altro.*

Passio Domini nostri Iesu Christi, sit semper in cordibus nostris. ℟ Amen.

RECordemini fratres carissimi, quod Dominus noster Iesus Christus, fuit pro nobis venditus, osculo traditus, ad Annam primum, deindè ad Caipham Pontificem ductus, postremò in Prætorium ad Pilatum, vbi fuit ad Columnam ligatus, & flagellatus, spinea corona coronatus, ac veste purpurea circumdatus alapis percussus, atque consputis, & Iudæis traditus, vt crucifigeretur, ad Caluariæ locum deductus est, & crucifixus, & cum eo crucifixi sunt latrones duo, vnus à dextris, & alter à sinistris, & cum dixisset, Sitio, porrexerunt ei acetum; quod cum accepisset, dixit: Consummatum est; & inclinato capite (*Quì tutti si battono il petto*) emisit spiritum. Deinde vnus militum, lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit Sanguis, & Aqua, & de Cruce depositus, fuit in monumento nouo sepultus; tertia autem die, resur-

resurrexit à mortuis. Tu autem Domine miserere nobis. ℟ Deo gratias.

Poi con voce piana dirà. Seruite Domino, in timore, & exultate ei cum timore, apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. *Intonerà il* Miserere *con affetto pietoso, e reciterassi adagio, alternatiuamente, senza biscanto tutt'il Salmo, col* De profundis. *Finito, si dirà concordantemente l'Antifona.* Christus: factus est pro nobis obediens, vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod, Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genuflectatur, Cælestium, Terrestrium, Infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus, in Gloria est Dei Patris. Amen.

Il Padre dirà l'Oratione.

RESpice quæsumus Domine super hanc familiam tuam pro qua Dominus noster, Iesus Christus, non dubitauit manibus tradi nocentium, & Crucis subire tormentum.

Dopoi si dirà.

SAlue Regina Mater Misericordiæ. Vita dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euæ: Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo Aduocata nostra illos tuos misericordes oculos ad nos con-

uerte. Et Iesum benedictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens. O pia. O dulcis Virgo Maria.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitritrix.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

COncede nos famulos tuos quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ Mariæ semper Virginis, intercessione à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per Dominum, &c.

FAmulorum tuorum, quæsumus Domine, delictis ignosce, vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus, genitricis Filij tui Domini nostri intercessione saluemur.

DEfende quæsumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam, ab omni aduersitate, familiam: & toto corde tibi prostratam, ab ostium propitius tuere clementer insidijs.

DEus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum: purifica, per infusionem Sancti Spiritus, cogitationes cordis nostri; vt te perfectè diligere, & dignè laudare mereamur.

DEus, qui pro miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius; vt à quibus tibi ministrantibus, in Cælo sem-

ſemper aſſiſtitur, ab his in terra vita noſtra muniatur.

OMnes Sancti tui, quæſumus Domine, nos vbique adiuuent; vt dum erum merita recolimus, patrocinia ſentiamus, & pacem tuam noſtris conceda temporibus, & ab Eccleſia tua cunctam repelle nequitiam; iter, actus, & voluntates noſtras, & omnium famulorum tuorum in ſalutis tuæ, proſperitate diſpone, benefactoribus, noſtris, ſempiterea bona retribue, & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede.

PRotector in te ſperantium Deus, ſine quo nihil eſt validum, nihil Sanctum; multiplica ſuper nos miſericordiam tuam; vt te Rectore, te Duce, ſic tranſeamus per bona temporalia, vt non amittamus æterna. Per Chriſtum, &c. *ò pure*.

PArce Domine, parce populo tuo, vt dignis flagellationibus caſtigatus, in tua miſeratione reſpiret. Per Dominum, &c.

Il Padre Predicatore procurerà con qualche motiue d'eccitare li congregati à contritione delli loro peccati; poſcia farà recitare cinque volte il Pater, *e* l'Aue, *diſtribuendoli ad vno ad vno per li biſogni vniuerſali di Santa Chieſa; per li Signori Prelati, e Prencipi Chriſtiani, & all'vltimo per li particolari, conforme alle neceſſità, delle quali ſarà informato; Intonerà l' Antiſona* Salua nos, *e poi il Salmo* Nunc dimittis, *ſi dirà tutto. Giunti al* Lumen ad reuela-

uelationem, *s'accenderanno le candele, e si ripeterà l'Antifona tutta.*

Salua nos Domine vigilantes, custodi nos dormientes, vt vigilemus cum Christo, & requiescamus in pace.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

VIsita, quæsumus Domine, habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle; Angeli tui Sancti habitent in ea, qui nos in pace custodiant, & benedictio tua sit super nos semper. Per Dominum, &c.

Frà tanto vn Sacerdote con Cotta, e Stolla morella, porterà d'auanti l'Altare vn' Imagine del Crocifisso, riliena, in mezzo à due ch'habbino le torchie accese, e dirà voltato al Popolo, Ecce lignum Crucis, in quo salus Mundi pependit. Venite Adoremus. *L'istesso replicheranno gl' Astanti; poi riponerà l'Imagine sù'l piano coperto d'vn panno, sopra vn Cuscino, e dirà.* Adoramus te Christe, & benedicimus tibi: quia per Sanctam Crucem tuam redemisti Mundum. Domine miserere nobis. *Bacierà riuerente le Sanctissime Pieghe proseguendo gl'altri à due à due, senza folla, e senza puntigli di precedenza: saluo però se vi fosse qualche Personaggio insigne. Frà tanto due principiaranno gl'Improperij seguenti.*

Iesum

Iesum flagellatum, Christum coronatum, Regem nostrum Crucifixum. Venite adoremus.

L'istesso si replicherà dal Popolo. *Due.*

In Passione Domini, Qua datur salus homini: Sit nostrum refrigerinm, Et cordis desiderium.

Il Pop. Iesum flagellatum &c. *Due.*

Portemus in memoria, Et Pænas, & opprobria, Christi coronam spineam, Crucem, clauos, & lanceam.

Il Pop. Iesum flagellatum, &c. *Due.*

Et Plagas Sacratissimas, Omni laude dignissimas, Acetum, fel, arundinem, Mortis amaritudinem.

Il Pop. Iesum flagellatum, &c. *Due.*

Crucem pro nobis subijt, Et stans in illa sitijt, Iesus sacratis manibus, Clauis fossis, & pedibus.

Il Pop. Iesum flagellatum, &c. *Due.*

Beata Christi Passio, Sit nostra liberatio, Per qua nobis, & gaudia, Donata sint Cælestia.

Il Pop. Iesum flagellatum, &c. *Due.*

Commoriamur Domino, Qui pendens in patibulo: Clamans emisit spiritum, Mundumq; saluans perditum.

Il Pop. Iesum flagellatum, &c. *Due.*

Succurre nobis Domine, Redemptis tuo Sanguine: Educ nos de miseria, Et dona pacis gaudia.

Il Pop. Iesum flagellatum, &c. *Due.*

Honor, & benedictio, Sit Crucifixo Filio, Educ nos de miseria, Et dona pacis gaudia.

Il Pop. Iesum flagellatum, &c. *Due.*

Hæc omnia nos satient, Et dulciter inebrient. Non repleant virtutibus, Et gloriosis fructibus.

Il Pop. Iesum flagellatum, &c. *Due.*

Te Crucifixum colimus, Et toto corde poscimus, Vt nos Sanctorum cætibus, Coniungas in Cælestibus.

Il Pop. Iesum flagellatum, &c. *Due.*

Crucem tuam adoramus, Domine Iesu Christe, Et Sanctam Passionem tuam laudamus, & glorificamus, ecce enim propter lignum, venit gaudium in vniuerso Mundo.

Si repeti da tutto il Popolo, e poi il Sacerdote dirà.

℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOmine Iesu Christe fili Dei viui, qui hora sexta, pro redemptione Mundi, Crucis patibulum ascendisti, & Sanguinem pretiosum, in redemptionem peccatorum nostrorum fudisti: te humiliter deprecamur in die iuditij, ad dexteram tuam audire mereamur: venite Benedicti. Qui viuis, & regnas, &c.

Il Sacerdote, ò il Padre darà la benedittione col Crocifisso al Popolo, dicendo.

Pax, & Benedictio Dei Omnipotentis Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super vos, & maneat semper. Amen.

Tutti bacieranno la terra, e mortificati se n'anderanno alle facende loro.

Nelli giorni vacanti dalla disciplina, letto il libro Spirituale, si farà vn poco d'Oratione mentale. Il Padre Predicatore volendo, potrà dire quattro parole: Si reciteranno le Litanie de' Santi, si diranno li cinque Pater, & Aue, all'vltimo il Deprofundis, &c. *Si darà la benedittione colla mano, dicendo.*

Benedicat vos Omnipotens Deus, Pater ✠ & Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

Per il Venerdì.

Due. Christum Crucifixum venite Adoremus, & cum afflicta Matre filium deploremus.

Si ripeti da tutto il Popolo. Christum, &c.

Due. Popule meus, quid feci tibi filius Virg. Mariæ, aut in quo contristauit te dilectus eius, responde illi.

Il Pop. Christum Crucifixum, &c.

Due. Casta parentis viscera, Pæna torquetur aspera, Dum filium, quem peperint, verbis crudeles lacerant.

Il Pop. Christum Crucifixum, &c.

Due.

Due. In Cruce dum extenditur, Videns illa, qui moritur, Nullus dolor amarior, Nam nulla proles carior.

Il Pop. Christum Crucifixum, &c.

Due. Tractant illum crudeliter, Cædunt, & torquent acriter: Hæc videns Mater anxia. Dat flectus, & suspiria.

Il Pop. Christum Crucifixum, &c.

Due. Cor tibi Mater scinditur, Pectus, & cor transfigitur, Videns tractari duriter, Quem diligebas acriter.

Il Pop. Christum Crucifixum, &c.

Due. Quænam gloriosa Domina, Tua sunt cruciamina, Cum Barabbas dimittitur, Et Christus mortem patitur.

Il Pop. Christum Crucifixum, &c.

Due. Dum Pastorem percutiunt, Oues dispersæ fugiunt, Tu sola cum Discipulo, Ades Mater patibulo.

Il Pop. Christum Crucifixum, &c.

Due. Mucrone quonam aspero, Pectus Matri confoditur, Dum natus vultu pallido, Mortuus è Cruce tollitur.

Il Pop. Christum Crucifixum, &c.

Due. Infunde rorem gratiæ, Sancta Mater clementiæ: Largire, quod concipiam, Tecum cordis angustia: Et nostri fletus copia, Nos ducat ad Cælestia.

Il Pop.

Il Pop. Christum Crucifixum, &c.

Due . Crucem tuam adoramus Domine Iesu Christe, & Sanctam Passionem tuam laudamus, & glorificamus; ecce enim propter lignum, venit gaudium in vniuerso Mundo.

Si ripeterà, e si dirà il ℣. & Orat. &c.

La Domenica di Passione, per tutta la Settimana Santa si seruarà l'istesso ordine sino al Salmo Nunc dimittis, &c. *quale finito, il Sacerdote pigliarà la Croce nuda con li Ministri, & intuonerà l'Hinno,* Vexilla regis prodeunt, &c. *à carte 190. e seguirà il Popolo. Fornito, due principiaranno l'Hinno* Stabat Mater Dolorosa, *diranno tutta la prima stanza, e si ripeterà dal Popolo: seguiteranno li due la seconda, & il Popolo replicherà la prima, e così successiuamente sino al fine, finita l'adoratione, come sopra si darà la beneditione, dicendo.*

Per Signum Sanctæ Crucis ✠ liberet nos Deus de inimicis nostris. Amen.

STabat Mater dolorosa
Iuxta Crucem lacrymosa,
Dum pendebat Filius.
Cuius animam gementem,
Contristatam, & dolentem
Pertransiuit Gladius.
O quam tristis, & afflicta
Fuit illa Benedicta
Mater Vnigeniti!

Quæ

Quæ merebat, & dolebat,
 Et tremebat cum videbat,
 Nati pœnas incly ti.
Quis est homo, qui non fleret,
 Christi Matrem si videret,
 In tanto supplicio?
Quis non posset contristari,
 Piam Matrem contemplari,
 Dolentem cum Filio?
Pro peccatis suæ gentis,
 Vidit Iesum in tormentis,
 Et flagellis subditum.
Vidit suum dulcem natum,
 Morientem desolatum,
 Dum emisit spiritum.
Eia Mater fons amoris,
 Me sentire vim doloris,
 Fac, vt tecum lugeam.
Fac, vt ardeat cor meum,
 In amando Christum Deum,
 Vt sibi complaceam.
Sancta Mater istud agas,
 Crucifixi fige plagas,
 Cordi meo valide.
Tui nati vulnerati,
 Tam dignati pro me pati,
 Pœnas mecum diuide.

Fac

Fac me verè tecum flere,
Crucifixo condolere,
Donec ergo vixero.
Iuxta Crucem tecum ſtare,
Te libenter ſociare,
In planctu deſidero.
Virgo Virginum præclara,
Mihi iam non ſis amara;
Fac me tecum plangere.
Fac, vt portem Chriſti mortem,
Paſſionis fac conſortem,
Et plagas recolere.
Fac me plagis vulnerari,
Cruce hac inebriari,
Ob amorem Filij.
Inflammatis, & accenſus,
Per te Virgo ſim defenſus
In die Iudicij.
Fac me Cruce cuſtodiri.
Morte Chriſti præmuniri.
Confoueri gratia.
Quando corpus morietur,
Fac vt animæ donetur.
Paradiſi gloria. Amen.

℣. Tuam ipſius animam doloris gladius pertranſiuit.

℟. Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Ore-

Oremus.

INteruieniat pro nobis, quæsumus Domine Iesu Christe, nunc, & in hora mortis nostræ, apud tuam clementiam, Beata Virgo Matria Mater tua, cuius Sacratissimam animam in hora tuæ Passionis, doloris gladius pertransiuit. Per te Iesu Christe Saluator Mundi. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

NOS Frater Innocentius à Calatavrone Generalis Minister (licet im.) Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinorum facultatem elargimur, vt opus à P. Francisco Maria à Bononia nostri Ordinis Concionatori compositum, & auctoritate nostra reuisum, & approbatum (cujus titulus est *Circulus Aureus*) &c. typi mandari, & excudi possit, (seruatis tamen seruandis) in cuius fidem has nostras sigillo munitas, ac manu propria subscriptas dedimus.

In Conuentu nostro Romæ die 9. Mensis Aprilis 1650.



Frater Innocentius Minister Generalis.

Locus ✠ Sigilli.



